satisfactionem pagendam oportuit ꝙ Deus fieret homo ut esset deus qui posset: et homo qui deberet. Tertio testat̃ summa charitas dei. Fecit deus hominem: et multis gratiis dotauit: et tandẽ uitã eternam erat ei daturus: sed ipse se priuauit dictis bonis: et se condẽnauit ad ifernũ pp peccata sua. Deus igit̃ ex maxima caritate misit filiũ suum in mundũ factus homo de uirgine gloriosa: ut homini compateret̃ eius miserias sustinendo: ut ipsum liberaret: et ad uitam eternam ꝑduceret. Ad Ephe. ii. Propter nimiã caritatem qua dilexit nos Deus: cũ essemus mortui peccatis uiuificauit nos: cuius gratia saluati sumus. Testant̃ celi. Hac die tres soles apparuerunt in oriente: et statim in unũ coniuncti sunt. Hac die Rome apparuit circulus aureus circa solem: in quo uisa est uirgo pulcherrima habens puerũ in gremio. Hac nocte apparuit stella ĩ oriente: que magos duxit ad Christum. Hac nocte obscuritas aeris i lucẽ diei cõuersa est. Et Rome fons olei emanauit usq̧ ad tiberim: i signum ꝙ fons pietatis et misericordie erat natus. Isto tẽpore habueruut pacem Romani duodecim annis: ita ꝙ consuluerunt Apollinem quantũ duraret ista pax. Responsum est Quousq̧ uirgo pareret. Reputãtes hoc nunq̃ posse fieri: dixerunt pax durabit ineternum. Et fecerũt templum pacis in quo posuerunt titulum. Templum Pacis Ineternum. Sed in nocte natiuitatis corruit. Testificati sunt Prophete Ysay. vii. Ecce uirgo concipiet et pariet. Virga Aaron floruit. Rubus ardebat et non cõburebatur. Et hoc de secũdo

Tertio uideamus huius natiuitatis iocũditatem: que nobis ab Angelo ꝓposita est dicente: Annuntio uobis gaudium magnum. Quod gaudium cõsistit in septẽ bonis que acquisiuit natura humana p istã sanctã natiuitatem. Primo natura humana summe est exaltata. Nõ accepit naturã angelicã sed humanã. Homo factus est deus. Leo papa. Suscipit̃ a maiestate humilitas: ab eternitate mortalitas. Secundo est deo natura humana pacificata. Nũc Deus factus ẽ homo: et nõ potest hominẽ amplius odire: q̃a odiret naturã suã. Et ideo natus statim fecit cãtare. In terra pax hominibus bone uolũtatis. Tertio est natura humana tota illuminata: q̃ ceca erat ignorantia. Hodie uerbũ est natũ sapiẽtia

patris: que ex ore eius ꝓdiit primo genita ante omnē creaturam. Intellectus repletus ueritate: quia ueritas de terra orta est. Voluntas mesta repleta est hodie gaudio: quia uenit ad presepiū uidere summum bonū: ut ipsū diligas: Quis nō amat infantulum: cui nō nocent fere: nō occidūt barbari: et omnis creatura suā innocentiā ueneratᷣ. Cū audis infantē uagientē gaude. Ideo flet ut gaudeas. Nutrix cātat quādo infantulus plorat. Plāgit ergo ut tu sibi cōcantes. Quarto tota natura humana est letificata. Pueri sotium habent Iesum puerū. Gaudēt iuuenes cū Maria: Senes cum Ioseph: pauperes cū pastoribus: diuites cum Magis: peccatores cum bestiis: actiui cum hominibus: contemplatiui cū Angelis. Vna comunis letitie cūctis est ratio ait Leo papa Quito est natura humana libertati donata: que erat sub seruitute peccati. Ex quo. n. filius dei factus est homo: liberauit hominē a seruitute diaboli infundendo gratiā. Lex per Moysen data est: gratia et deitas ꝑ Iesum Christū facta ē. Ioh. vi. Natura humana est spūs sancti robore cōfortata. Nunq̄. n. inuētus est aliqs in tota natura humana q̄ cōciperetur et nasceretᷣ sine peccato: nisi christus ex natura sua et beata Maria ꝑ gratiam. Natura enim humana ī hominibus uincebatur a peccato. In Christi aūt natiuitate natura uicit peccatum. Vnde modo multi uincūt peccatū: qui ante Christi aduentū uincere nō poterāt. Septimo ē natura humana ꝑ istā natiuitatem oibus bonis repleta. Ipse ē omne bonū ī quo sūt oia bona. Vt secū gaudeas: uis sapiētiam: hic ē īcreata. Vis diuitias: ī ipso sunt oēs thesauri ascōditi. Vis honores: hodie tu es factus magister dei: nutritor dei: et quasi domius dei. Omēs gētes plaudite manibus: Iubilate deo in uoce exultationis. Ecce natus est puer sanctissimus. Plaudamus manibus orando. O si possemus plaudere manibus ipsum tangendo: obsculando. Iubilemus deo in uoce exultatiōis. Iubilemus uerbo: qa uerbū est de uirgine natū. Verbū tacet: ut nos iubilemus. Hodie nō sileat mens nostra: sed iubilet. Currat Maria cū cimbalis suis et cantet. Cātemus dnō gloriose. Veniat Moyses et iubilet. Audite celi que loquor. Currat Delbora et dicat. Qui spōte obtulistis ex israel aīas uestras. Iudicū. v. cap. Cape psal

teriũ iocũdũ tu Dauid: et dic: Cãtate dñõ canticũ nouũ: cã tate dnó ois terra. Audio Abachuc dicenté. Domie audiui auditũ tuũ et timui. Sétio Mariã canété: Magnificat: Heli sabeth dicété: Benedictus fructus uẽtris tui. Baptistã exul tãté: zacchariã ꝓphetãté: Benedictus domius deus israel: angelos dicétes: Gloria i excelsis deo. Simeoné exclamã té. Nũc dimittis. Cãtemus ergo et nos: Gloria tibi domie q natus es de uirgie. cõserua nos i reqe nũc et sẽp. Amé.

De Scõ Stephano Sermo Octauus

Stephanus plenus gratia et fortitudie faciebat ꝓdigia et signa magna i populo: actuũ. vii. cap. Hoies ut gra tiã acqrãt i republica et famã: oportet ut circa res arduas et difficiles se exerceãt: ut Curtius Sceuola et multi ãtiq Ro mani fecerũt ꝑ fama acquiréda terrena. Quanto magis di gnus é laude et gratia apud deũ et hoies q se exercet ꝑ cele sti republica defédéda et acqréda: sicut iter alios é dignus ꝓ thomartyr stephanus de quo dicit thema: Sthephanus. etc. Vbi tria cõsiderabimus de isto glorioso martyre. Primo uidebimus gratie eius augumẽtationem. Secũdo uidebi mus gratie eius multiplicationé. Tertio uidebimus eius finalé retributioné. Quãtũ ad pmũ: Tanta fuit gratia in beato Stephano ut dicatᷣ plenus gratia: Oia opa meritoria in scis ueniũt a gratia. Apostol. Plus oibus laboraui non ego sed grã dei mecũ. Ista auté grã in beato Stephano ma gna fuit: ideo dicitᷣ plenus grã. Sed qũo augetᷣ grã in scis aliqbus: ut dicitᷣ de Stephano ꝙ fuit plenus grã. Respõde tur ꝙ gratiã augeri: põt intelligi dupliciter. Vno mõ rõne obiecti: a quo grã est. Cũ aũt deus det grãm: et oé datũ op timũ et oé donũ pfectũ sit de sursũ: ut dicit Iacobus. Cum ãt deus sit imutabilis: et nõ crescat nec minuatᷣ: sic grã cõ siderata ut respicit obiectũ diuinũ non augetᷣ nec minuitᷣ. Secũdo mõ cõsideratᷣ gratia in rõne subiecti i quo é. Et cũ sit i aia: bene i illa põt augeri et minui. Vnde dicit Aug. pa ter ad Dardanũ. In qbus habitat deus non equaliter hitat. Et i epistola ad Bonifatium. Tripliciter grã meretᷣ augeri. Vbi dicit Alexãder i. iii. ꝙ maius et minus i formis corpo ralibus é secũdũ qtitaté diuisiuã: in formis spũalibus sicut est grã: dicitᷣ secũdũ qtitaté uirtualé. Vbi nota exéplũ. Sũt

duo artifices: unus aurifex alius philosophus moralis: Sed aurifex peritus in arte sua: philosophus aũt pauca sciens ĩ philosophia. Si cõsideremus philosophiã i ordine ad artificẽ illũ: certũ est ꝙ excedit philosophia ipsa. Si aũt cõsideremus peritiã excedit aurifex: cũ sit melior aurifex q̃ sit philosophus in philosophia sua. Sic aĩa melius disposita maiorẽ gratiã suscipit: nõ ꝙ gratia sit maior in se: sed ẽ magis illuminãs magis dispositũ. Sicut sol magis illuminat carbunculũ uel diamantẽ q̃ lignũ siue ferrũ rõne melioris dispositionis ad suscipiendũ lumẽ solis. Disponit᷑ aũt aĩa ꝑ remotionem peccati mortalis: et itroductionem uirtutũ. Sic aĩa beati Stephani fuit remota ab omni peccato: et plena humilitate. Vnde uidit gloriã dei: quia fuit disposita ad modum oculi corporalis. Oculus corporalis ut uideat oportet ꝙ sit concauus: nõ elatus: quia oculi grossi male uident. Et elati habentes oculũ itellectus tumidum et superbũ male intelligũt. Ad Ro. ꝓmo. Dicẽtes se esse sapiẽtes stulti facti sũt: humiles aũt bene uidẽt. quia recipiẽt aquã sapiẽtie. Vnde Psal. Inter mediũ montium ꝑ trãsibũt aque. i. in uallibus humiliũ intrabit gratia. Hãc docuit Christus uerbo et exẽplo: Humilẽ matrẽ elegit: que diceret: Ecce ancilla domini Humilẽ Ioseph: q̃ uolebat dimittere Mariã: nõ reputãs se dignũ preseñtia eius. Humilẽ lectũ: fenũ. Humiles pãnos ad cohopiendũ. Humilia aĩalia. Humiles pastores. Humilem turbã discipulorũ: q̃bus fecit caput humilem Petrum: qui dixit: Recede a me domine: quoniã peccator ego sum: Luc. q̃nto. Fuit beatus Stephanus sũme humilis in offitio sibi cõmisso. Vnde elegerũt Stephanum plenum fide et humilitate. Fuit uere pauper spiritu: et ope oĩa reliquerat. Requirit᷑ similiter i oculo itegritas. Oculus corporalis habet supra lucẽ septẽ tunicas seu uelamina: et q̃cunq; deficeret: nõ bene uideret. Propterea dicebat Psal. Custodi nos domine ut pupillam oculi. idest sicut septẽ tunicis induis oculum corporalẽ: sic septẽ donis indue oculũ aĩe mee. Que dona fuerũt i beato Stephano: ut dicit Ysay. xi. cap. Requiescet sup eã spũs sapiẽtie et itellectus: spũs cõsilii et fortitudinis: spũs sciẽtie et pietatis et timoris domini. Habuit sapiẽtiã: q̃a nõ poterãt resistere sapiẽtie et spiritui q̃ loqueba

tur. Habuit intelligentiã legis. Habuit cõsiliũ: quia elegit pauptatem et uirginitatem: qa intuebant̃ uultum eius tanq̃ uultũ angeli. Habuit fortitudinẽ sustinendo impetũ eorũ. Habuit scientiam in respõsione ad iudeos. De deo q̄ erat deus glorie. De Moyse q̄ fuit amicus dei. De lege q̄ fuit a deo. De tẽplo q̄ fuit diuina uolũtate factũ. Habuit pietatem orãdo ꝓ inimicis. Habuit timorẽ filialem: qa mori uoluit ꝓ christo. Requirit̃ etiã q̄ oculus sit niger ad bene uidendũ. Homines multũ albi male uident: qa albedo disgregat uisum. Hinc est q̄ natura fecit aialibus pupillã nigrã uel ad nigredinem tendentẽ. Sic oculus mentis ut dominũ uideat debet esse niger. i. mortificatus circa terrena et lasciua. Sic Stephanus fuit mortuus mũdo: inter lapidãtes nõ clamabat: nõ se defendebat: nõ fugiebat: nõ supplicabat ut sibi parcerẽt: sed quasi mortuus mũdo positis genibus orabat. Similiter oculus debet esse ab humore sepatus. Lachryme impediũt uisum ut docet experiẽtia. Sic Magdalena dum fleret uidit dominũ: et existimauit ortulanũ. Accidit de oculis lachrymosis sicut de aere humido et pluuioso qui representat arcum siue Iridem p humorẽ ipsius aeris. Si qs plorans respiceret lumen parue candele: existimabit aerẽ prope cãdelã uiridis rubei: et flaui coloris: Sed tergẽdo oculos uidebis arcũ nõ esse ibi. Sic Stephanus q ualde purus fuit: qa uirgo: et i testimoniũ sue uirginitatis sibi cõmissa fuit cura mulierũ conuersarũ. Et sic p omẽs uirtutes disposita fuit aia sancta Stephani: ut plenitudinẽ gratie reciperet. Et qa plene fuit disposita: plenus fuit gratia: et hoc de primo. Secũdo uideamus multiplicẽ gratiã quam habuit i mũdo: et nũc habet i celo multiplex gaudium ex gratia ipsa. Primũ est de primitate sui martyrii icredibile gaudium habet q̄ ipse sit primus martyr: primus in bello contra mundũ: primus uirtute martyrii ascendẽs celũ: non obstãte q̄ alii precesserunt: non sunt priores eo. Nã tempore legis nature primus fuit Abel: nõ tamẽ prothomartyr: qa non pro fide Christi mortuus est: sed pp iuidiam fratris: Tẽpore legis scripte primus martyr fuit Abimelech sacerdos: nõ tamẽ prothomartyr: qa nõ pp Christũ sed pp Dauid mortuus est. Nã Saul eum occidit eo q̄ cõsuluisset de

minũ pro Dauid: ut habetur pmo Regũ. xxi. Tẽpore pro phetarum primus martyr fuit zaccharias filius Ioiade: sed nõ propter Christum: sed propter humanam ueritatẽ. Nã Rex Iuda eum occidit quia annũtiabat sibi ueritatem: ut habetur. iiii. Regũ. Innocẽtes non sunt mortui uolũtarie. et si propter Christum. Iohãnes Baptista pro ueritate ma trimonii. Christus mortuus est pp nos: et nõ p seipso. Ste phanus uere pthomartir dicit: qa uolũtarie pp christũ mor tuus ẽ. Secũdũ ẽ gaudiũ de acq̃sitione Pauli mirabile do nũ fecit ecclesie: ad augumẽtũ glorie christianorũ Paulum apostolũ uas electiõis: doctorẽ gẽtiũ totius mũdi pdicatorẽ Tertiũ gaudiũ ẽ de suo honore ĩextimabili. Nã Christus martyres facit sedere i pprio trono. Apoca. iii. Qui uicerit faciã eũ sedere i trono meo: sicut ego uici et sedi in trono patris mei: Iste primus p martyriũ ascẽdit celũ. In cuius signum ecclesia facit festum Stephani imediate post festũ Christi. Gaudium habet de beata fruitione. Vnde ipsũ ho noremus ut ab ipso gratiam impetremus: sicut fecit ille qui ad inuocationẽ Stephani rehabuit filium qui mortuus erat ut refert Augustinus. xxii. de ciuita. Flores de altari Bea ti Stephani positi supra ifirmos curabãt illos ut patet in le genda. Tertio uideamus finalem retributionem eius in gloria q̃ consistit in beata uisione: quia uidit celos apertos et gloriam dei. Ad hoc aũt q̃ aliqua creatura rationalis sit beata per uisionẽ dei p essentiã suam: oportet q̃ i hac uisio ne sit potens p aliquã dispositionem: ut dicit Tho. in. iiii. que dicit lumen glorie. Sic nulla creatura i statu uie potest uidere deum p essentiã. Sed contingit aliquando q̃ diuina uirtute aliqs itellectus creatus nõ habẽs nisi dispositiones uie eleuet ad uidẽdũ deũ: nec ex tali uisiõe potest dici bea tus simpliciter: sed aliquo modo: in quãtum comunicat in actu beati: quod est uidere deum: sic nulla pura creatura in statu uie existẽs potest deũ per essentiam uidere. Sed deus potest facere q̃ in statu uie uideat deũ. Beatus Stephanus in carne uiuens uidit gloriam dei: aut oculo corporali aut mentali. Si corporali: in illa uisione fuerunt plura mirãda Primum uidit celos apertos: cum celum non possit aperiri nec diuidi aut secari. Vidit Iesum: cum non possit corpus

glorificatum uideri oculo corporali. Et uidēdo ipsum uidit ultra celum aereum: stellatū: cristallinum: quod naturaliter non potest esse. Si autem uidit oculo mētali: quod comuniter dicitur: sic uidere potuit per auxilium gratie reuelātis. Psal. Reuela oculos meos et cōsiderabo mirabilia de lege tua. Per gratiam sanctificantem et mundantē. Math. qnto. Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt. Sic uidit deū Iacob. Gene. xxxii. Vidi dominum facie ad faciē: et salua facta ē anima mea. Sic Moyses: ut habet numer. xii. palam et non per enigmata uidit deum. Vnde Augustinus li. ii. de trini. Locutio illa sic modificabatur tanquam esset amici ad amicum. Sic Stephanus qui celum apertum uidit: et gloriam dei conspexit: et Iesum glorificatum intuitus fuit. Et ista fuit retributio finalis i premium sue passionis: quod nobis concedat qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

De Sancto Iohāne Euangelista
DeDilectione Sermo Nonus.

Conuersus Petrus uidit illum discipulum: quem diligebat Iesus. Iohan. ultimo capitulo. Quantum plus lego: tantum plus inuenio: Quantum plus perquiro: tantum plus certior fio: Nullam rem sine amore persistere posse. Sic Deus pater filium suum diligit: Sic pater et filius diligunt spiritum sanctum. Et ipse spiritus sanctus dilectio est. Diligit enim Deus omnia que fecit. Sed queritur a doctoribus: Vtrum Deus magis diligat Angelos q̄ homines. Et in ista questione tria faciam. Primo ponam rationes ꝙ magis diligit Angelos. Secūdo ponam rationes ꝙ magis diligit homines. Tertio de questione determinabo. Quantum ad primum. Quia amor dei est amor amicitie: cū sit reciprocus: quia si amo pecuniam: ipsa non me reamat. Homo autem amat et amatur: Tunc probatur: ꝙ magis diligat Angelos sic. Quāto aliqd est magis simile tanto plus amatur: quia similitudo est causa amoris: ut patet in complexione in scientia in etate. etc̄. Sed Angelus est magis similis Deo cum sit icorporeus spiritus: q̄ aliqua alia creatura igitur est magis dilectus. Intelligit Angelus sine discursu sic deus agit per

Cōus[us] p[etrus] uidit illū discipulū quē diligebat. Joh. ult[i]mo cap.

uoluntaté et non mediante instrumẽto sicut homo. Secũdo sic: Illa creatura é magis dilecta cui plus cõmunicat̃ de bonitate: Sed angelo plus cõmunicat̃ de bonitate et de pfectione essentiali: igit̃ est magis dilectus angelus. Secundo probat̃ ꝙ homo est magis dilectus q̃ angelus triplici rõne.

Primo rõne unionis nature humane ad personam uerbi quia nõ angelos apprehẽdit: sed semen habrae. Vnde dicit Apostolus: Propter nimiã charitaté qua dilexit nos deus: misit filiũ suũ in mundũ. Bene dicit nimiam: qa nõ potuit maior ostẽdi: Vnde Augustinus. O mirabilia ꝯ pdigia fratres charissimi: Iura nature mutant̃: Deus nascit̃. O magna dilectio. Verbũ caro factum est. Secũdo rõne redẽptionis. Cantat ecclesia: O inextimabilis dilectio charitatis ut seruum redimeres/filiũ tradidisti. Maior est dilectio qua deus diligit creaturá si est bona: et etiã si est mala: q̃ si solum bonam diligit. Sed deus diligit angelos bonos sed nõ diligit malos: homines auté bonos diligit: et etiã diligit malos dicens: Et si fornicata es cũ amatoribus multis: tamen reuertere: dicit dominus. Ergo magis hominem diligit. Redemit hominé et nõ angelũ. Igit̃ magis hominem dilexit.

Tertio rõne exaltatiõis qa Christus et beata uirgo exaltati sunt sup angelos et sup choros angelorum. igit̃. etc.

Sed nunc respondet̃ tertio loco ad q̃stioné: et duo facienda sunt. Primo uidẽdum est qũo ista maioritas et minoritas sit in deo q est imutabilis. Secũdo determinabit̃ de questione. Quantũ ad primũ dicit Bona. in. iiii. di. xxxiiii. Et Ricar. in. iii di. xxii. ar. i. ꝙ de dilectiõe est loq dupliciter. aut ex parte actus uolẽdi aut ex parte uoliti. Si ãt conside ramus dei amoré ex parte actus uolendi sic oĩa diligit equaliter/ qa amore infinito sicut bonitate infinita: cũ in deo nõ sit passio: imo quicqd est in deo deus est. Et non magis intense uult bonum uni q̃ alteri: nec i deo est intensio aut remissio: Si ãt capit̃ amor ex parte uoliti: sic deus diligit magis bonum q̃ minus bonum: et quãto meliores sumus: tanto magis ab eo dilecti. Patet quia deus diligit bonũ ut bonũ. Ergo magis bonũ magis diligit. i. maior sibi gratia cõfertur. Sed nõ oĩa sunt equaliter bona. Igit̃ non ea equaliter diligit. Sed si dicit̃: Deus non est acceptor psonarum:

apls pp nimiã charitatem qua dilexit nos ds misit filiũ suum i mũdũ

dicit bona i iiii d

utdicitur deutero. xviiii. ad Ro. ii. ad ephe. viii. actuum pri mo de pe. di. iii. Si ex homine. de prebēdis. c. uenerabilis Respondet ꝙ ex parte sua non est ista intēsio: sed ex parte nostra qui ꝑ peccata impedimur a dilectione sua. Reuerte re igit̄ o aia reuertere: qa si cōuersa fueris: deus diliget te: et q̄to magis in bono perficies: tanto magis ad uirtutes te ipsam accēdes: ut patet i Magdalena: Remittunt̄ ei peccata multa quoniam dilexit multū. Cui minus dimittit̄: minus diligit. O peccator indurate reuertere: quia deus diliget te. Sed aduerte ꝙ aliquod gaudium accidētale habebūt inno centes i uita eterna qui nunq̄ aliquod fedus cōmiserunt: q̄ peccatores: qui post peccatū penitentiā egerunt. O monia les uirgines q̄ semp i bono fuistis gaudete: quia magis acci dētaliter i celo coronabimini. Secūdo nūc respōdet̄ ad que stionē: ꝙ deus diligit creaturas affectu et effectu: Affectu i finito sicut ipse ifinitus est. Sed effectus dei respectu crea ture rōnalis est duplex. s. effectus cōditionis et effectus re paratiōnis. Et sic potest dilectio dei dici maior et minor du pliciter. Si loquimur de dilectiōe dei quātum ad effectum conditionis: sic magis dilexit angelos. qa meliora contulit eis naturaliter: magis potētes eos fecit: ut i eis magis ma nifestaret̄ diuina potentia. Et angeli magis diligūt deum q̄ nos: et nō habent retardationem sicut nos: nō dormiūt: nō comedūt: sēp uident faciem patris. O si uideremus unū an gelum quantū gauderemus i sua pulchritudine. Et isto mo do magis a deo diligunt̄: qa magis se diligentes diligit. Et ad hoc tendūt ille due rōnes prime. Si aūt loquamur q̄tum ad effectum reparatiōis: sic magis dilexit homines q̄ ange los: quia angelos deseruit: et homines releuauit. Et magis manifestat̄ diuina misericordia i hominibus q̄ in angelis. Ad hebre. primo. Nō angelos apprehēdit: sed semen Ha brae. Et ista est maior gratia q̄ unq̄ comunicauerit creature De pluribus gaudet homo q̄ angelus ꝑꝑ beneficiū incar nationis: redēptionis: et eminentis glorificationis. Respi ce igit̄ aia q̄tum es dilecta. Reuertere ad dominū q tantum te diligit. Audi Apostolū exhortantē ad Ephe. ii. Deus q diues est i misericordia ꝓpter nimiā charitatem qua dilexit nos cum essemus mortui cōicauit nos christo. Filioli relin

xviiii ad ro. ii. ad ephe. viii. actuū p° d pe. di. iii. Si ex homine d p̄bendis. cap. uene rabilis

apls ad ephe. ii

quite uitia: quia feda: quia turpia: quia bestiis similia Amplectamur uirtutes: que nos beatos faciunt in mundo isto et in sempiterna gloria. Si uolumus uidere signa dilectionis in Iohanne: Primo ipse uidit que testatus est de Christo. Secundo plus intellexit: quia assimilatur aquile. Posuit totam uitam Christi: ostēdens ipsum esse deum in euāgelio. In epistola posuit omnes uirtutes theologas et morales. In apocalipsi ubi describit totum statum militantis ecclesie in septem uisionibus: quas ei dominus reuelauit. Tertio ipse solus erat discipulus: quem diligebat Iesus: quod de nullo alio dicit̃. Ipse inter duodecim fuit unus: Inter quattuor euangelistas fuit unus. Inter tres secretarios fuit unus. Inter duos qui cucurrerunt ad suam resurrectionem fuit unus. Sibi uni commēdare uoluit suam matrem sanctissimam. Ipse fuit cui dixit in cruce: Ecce mater tua. Dotat̃ hoc priuilegio: ut efficeret̃ filius uirginis et frater Christi. Sibi reuelata sunt secreta celestia: et tante dignitatis est: ut a multis credat̃ adhuc uiuere: et trāslatum esse in paradiso terrestri cū Enoch et Helya: et ibi seruet̃ usq3 ad diē iudicii. Sed Hieronymus i ꝓlogo Ioh. dicit: descendit in defossum: et positus est ad patres suos: quod uidetur souare ꝙ mortuus est. Sed uiuit in celo in secula seculorum Amen.

De Circūcisione Domini
SERMO DECIMVS

p Osquam consumati sunt dies otto ut circūcideretur puer: uocatum est nomen eius Iesus. Luc. secundo capitulo. Ab ore saluatoris magnitudo fidei nostre grano sinapis comparatur: quod paruum est quantitate: Sed magnum est uirtute. Et sic nemo potest itrare regnum celorum nisi fuerit paruus in sui existimatione: et magnus in uirtute. Math. decimo ottauo: Nisi conuersi fueritis: et efficiamini sicut paruuli: non intrabitis in regnum celorum. In cuius exemplum filius Dei factus est paruus in corpore infans otto dierum: Qui est maximus in uirtute in eternitate: ut dicit euangelium hodiernum. In quo tria mysteria continentur ad nostram de

uotionem. Primum est: corporis circũcisio. Secundum est nominis impositio. Tertium est precedens insinuatio
Circa primum aliqua sunt uidenda. Primo quare instituta fuit circũcisio. Ad hoc dicitur ꝙ propter tria. Primo in signum distinctionis indelibile: ut populus iudeorum ab aliis esset distinctus: et discerneretur ab aliis: ut dicitur ad Ro. iiii. cap. Et sic lex circũcisionis nõ fuit uniuersalis: nec omnes obligabantur ad illam: sed solum iudei. Et quã uis diceretur in lege. Anima que non fuerit circũcisa peribit de populo meo. Intelligit de iudeis: Quia Iob fuit tempore circũcisionis: et tamen non fuit circũcisus: et fuit sanctus: Vt dicit Beatus Augustinus. xviii. de ciuitate. capi. xxxxvii. Iob ex gente Idumea genus ducẽs: ibi ortus: ibidem mortuus est: qui diuino sic laudatur eloquio: ut quod ad iustitiam pietatemq; pertinet nullus ei homo suorũ temporum coçquetur. Secundo data est iudeis circũcisio i remedium contra culpam originalem: sicut nobis est baptismus contra originale peccatum: ut in capi. Maiores extra de baptismo et eius effectu. Per sacramẽtum baptismi culpa remittitur. Tertio data est circũcisio ad reprimendam carnalem concupiscentiam: qua maxime ardebant Iudei. sic nobis datur aqua ad refrigerandum. Primus cui data fuit circũcisio fuit Habraam: cum nonagitanouem esset annorum: et omnes masculi de semine eius et serui habitãtes cum eis. Et sic Christus circũcidi uoluit: ut ostenderet se esse de semine Habrae: cui erat imposita circũcisio: ne esset contrarius legi: qui non uenit soluere sed adimplere: circũcidi uoluit ut dicit euangelium. Voluit circũcidi propter ueritatem humane carnis: ut ostenderet ueram carnem habere non fantasticam. Veritatem amare et non mendacia: sicut hodie superstitiosi sunt pleni mendaciis. Hodie in capite anni nolunt multi fatui dare aliquid de domibus suis: neq; uolunt ut aliquid asportetur: nisi prius aliquid inferatur. Ista nocte circa cippũ faciũt multas cerimonias a diabolo inuentas. Contra tales Christus hodie dedit suã carnem preciosam et suũ sanguinem: ut in ipso solo spem habeamus: Et nos nihil sibi dedimus. Non ergo uult: ut tales fatuitates obseruemus. Sed uult ꝙ sicut ipse uoluit

circũcidi: Ita nos circũcidamus supflua: nõ uana aspicien/
do: nõ superflua gustãdo: tangendo: et sic de aliis sensibus
qui regulãdi sunt et incidendi. Similiter debemus cogita
tiones turpes et lasciuas circũcidere: nostrã uoluntatem re
frenare. Ad Colosen. ii. cap. Circũcisi estis i Christo cir
cũcisione nõ manu facta in expoliatione carnis: Sed in cir
cũcisione domini nostri Iesu christi. Et hoc de pmo. Se
cũdo dicit nominis ipositio. Sicut quãdo baptizat nomen
imponit: ita quãdo circũcidebat imponebat nomen. Voca
tum est nomen eius Iesus in capite anni. Quia sicut hodie
annus incipit: ita hodie est sibi nomen ipositũ: quod salutẽ
indicat: qa hodie incepit opus nostre salutis: quod fuit effu
sio sanguinis in arra redẽptionis nostre. Circa nois im
positionem duo tangunt. Primo uocatio nois. Vocatũ est
nomen eius qui dixit exodi. iii. Ego sum q sum: hoc nomẽ
mihi est ineternũ. In antiqua lege uocabat Deus ultionũ
dominus exercituũ: dominator: dominus potens i prelio.
Hodie uocat Iesus. i. saluator: qa ipse est salus oium. Ipsa
salus debet adorari: et ab ipso solo ois salus peti. O nomẽ
totiens inuocatũ: totiens expectatũ: et tam diu desideratũ.
Iam diu longe erat a peccatoribus salus: longe erat Iesus.
Prope erat dominus exercituum: et deus ultionũ. Dauid
agnoscens nomen potentie postulauit nomen clementie di
cens. Dic domine aie mee: Salus tua ego sum. Satis dixi
sti: Ego sum dominus. Abscondc queso nomen potestatis:
et exhibe nomen benignitatis. Hoc nomen nõ est casu im
positũ: sed a deo preordinatũ: ut dicit Ysay. cap. lxii. Voca
bit nomẽ eius quod os domini nominauit. Ab angelo nũ
tiatũ. Luc. pmo. Vocabis nomen eius Iesum. Ab aposto/
lis predicatum. Actuũ. vi. Nõ est aliud nomen sub celo da
tum hominibus: in quo oportet nos saluos fieri. Ab omni/
bus creaturis adoratũ. Ad Phi. ii. In nomine Iesu omne
genu flectat celestiũ: terrestrium: et infernorũ. Hoc nomẽ
est mel i ore: iubilus in corde: in aure dulcis melodia. Ha
bet hoc nomen septem uirtutes. Primo est penitentibus re
fugium. Math. ii. Vocabis nomen eius Iesum. Ipse. n. sal
uum faciet populũ suum a peccatis eorũ. Nullus inuocãs
hoc nomen inuenit expulsus in euãgelio. Secũdo est egro

tantibus in remedium. Marci. ultimo: In nomine meo de/
monia eicient: Super egros manus imponent: et bene ha
bebūt. Vnde dicebat Agatha: Medicinam carnalem corpo
ri meo nunq̄ exhibui: Sed babeo dominum Iesum. Ter/
tio est patientibus in solatium: ut dicebat Paulus. Ego nō
solum alligari: sed mori paratus sum propter nomen domi
ni Iesu. Apostoli digni habiti sunt pro nomine Iesu contu
meliam pati. Pro hoc nomine patientes martyres uideban
tur eis in delitiis esse. Quarto hoc nomē est misericordia
plenum: quod miseri inuocabāt sepe dicentes. Iesu fili Da
uid miserere nostri: et plenam misericordiam receperunt.
Quinto est contemplantibus in solatium. Nullum nomē
ita excitat desideriū spūale sicut nomen Iesu. Dicebat Ste
phanus. Video celos apertos: et Iesum stantē: et pro me pu
gnantē in celis. Et beatus Ignatius habebat hoc nomē im
pressum i corde litteris aureis scriptū. Sexto est postulan
tibus in suffragiū exauditionis. Ioh. xvi. Vsq3 modo nō pe
tistis quicq̄ in nomine meo: petite et accipietis. Hoc nomē
est titulus nostre petitionis in curia dei patris: Vnde eccle/
sia in fine orationū adiungit: Per dominū nostrum Iesum
Christū. Septimo est Beatis in premiū. Apocalip. Et no
men eius i frontibus eorū. Quasi dicat: Hec est gloria eo
rum habere nomē dei uiui in frontibus suis. Christus. n.
deriuatur a crismate: qa chrismate uncti Christi dicebant:
ut sacerdotes olim et reges: Et nūc omnes christiani uncti
crismate salutis: pro quibus dicitur. Nolite tangere Chri
stos meos. Tertio ponit precedens insinuatio. Quod uo
catum est ab angelo. Luc. ii. cap. Vocabis nomē eius Iesū
Nō decuit hoc nomen ab homine appellari: sed ab excellē/
tiori natura: qa excellentiora his que sunt ab homine desi
gnabat: hoc est saluare. Quod facere non poterat ullus ho
mo purus. Vnde dicebant iudei Luc. vii. Quis est hic qui
peccata dimittit: quasi dicerent: Hoc solum deo competit.
Vocatū est ab Angelo prius q̄ in utero conciperetur. Ecc.
vi. Qui futurus est iam uocatum est nomen eius: et scit q̄
homo sit. Et prius uoluit nominari q̄ i uirginis utero esset
conceptus. Vt ostenderet q̄ ante Virginem erat Deus cū

patre. Hoc nomen ab eterno fuit ordinatũ. Psal. Domine nomen tuum in eternum a prophetis expectatum. Gene. xxxxviiii. Salutare tuum expectabo domine. Istud est illud sanctissimum nomen diuina uoluntate prolatum: quod Paulo in preceptũ datum est actuum. viiii. cap. di. Vas electionis est mihi iste. ut portet nomen meum coram gẽtibus et regibus et filiis israel. Portemus ergo fratres hoc nomẽ et per eum significatum in ore: eum laudibus extollendo: In corde: eius mysteria sepe ad memoriam reducendo. In opere: quantum possumus eius uitam imitando: ut nostris superfluitatibus circũcisi mundi a sordibus peccatorum salutem cõsequamur eternam. In secula seculorum. Amen.

De Epyphania Domini
SERMO. XI.

u Idimus stellam eius in oriente: et uenimus cũ muneribus adorare dominum. Math. ii. cap. et i euãgelio presentis solẽnitatis. Dicitur Eccle. xx. Sapiẽtia abscõdita et thesaurus inuisus. que utilitas i utrisq;. In precedenti natiuitate recepimus Dei sapientiam absconditam in sacco nostre mortalitatis: idest dei filium nostra carne uestitum. Ipse est thesaurus a patre missus pro redemptione nostra: nobis absconditus ex paruitate intellectus nostri. Talem gratiam non cognoscentes non poteramus de tãto beneficio gratias referre: Vnde deposcebat utilitas nostra: ut tale beneficium palam fieret: ut sibi gratias persolueremus iuxta facultates nostras. Deposcebat etiam magnitudo mysterii ne absconditus remaneret: Nõ enim potest res maxima in parua recludi: nec lux immẽsa aliquo modo celari. De qua dicitur Io. primo. Erat lux uera: que illuminat omnem hominem uenientem i hunc mũdum. Necesse fuit lucem inextinguibilem per totum mũdum effulgere usq; ad extremum terre: quam uiderunt Magi in oriente et dixerũt. Vidimus stellam eius in oriente: et uenimus. etc. que fuerunt uerba impresentiarum deducta. In quibus exprimitur Magorum deuotio maxime cir-

ca tria. Primo considerabimus Magorum illuminationē. Secundo considerabimus eorum uirtualem operationem. Tertio considerabimus cultum eorum et adora tionem. Primo fuerunt isti Magi illuminati intus per fidem et notitiam scripturarum. Nouerant enim tres prophetias impletas de tempore Messie. Prima Gene. xxxxviiii. Non auferetur sceptrum de Iuda: et dux de femore eius: donec ueniat qui mittendus est: Ipse erit expectatio gentiū. Iam enim ablatum erat sceptrum de Iuda: Quia iste Herodes erat alienigena: qui fuit primus rex Iudeorum. Secunda prophetia est Michee quinto capitulo. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in pricipibus Iuda. Ex te. n. exiet dux: qui regat populum meum israel. Tertia est Numeri. xxiiii. Dixit Balaam. Orietˢ stella ex Iacob: et exurget homo de israel: et percutiet duces Moab: idest principes demonum. Ista stella fuit iesus. Apocalip: ultimo: Ego radix Iesse et stella candida et matutina. Ipse igitur Balaā suos propinquos edocuit de aduentu domini in mundum: qui omnes nationes sibi subiugaret. Et signum eis dedit de apparitione noue stelle. Et singulis annis in montem altum ascendebat ut diligenter attenderet si noua stella appareret. Et ipsi filiis suis hoc signū reliquerunt usq ad istos Magos qui sapientes dicuntur: Qui de stirpe Balaam fuerunt: ut refert Crisostomus super Mathe. Qui uidentes nouam stellam illuminati fuerunt ad cognoscendum Christi ortum. Fuerunt isti Magi illuminati in cognitione stelle demostrantis Christum. Vnde Augustinus in sermone Quid eni erat illa stella nisi mirifica lingua celi: que enarrat gloriā dei? Certū est ipsā non fuisse cōstellationē christi. Nā constellatio est influxus ꝓcedēs a stellis i celo creatis a principio: q̄ inclinant homines ad diuersa opera: non tamen necessitant liberum arbitrium. Cum scriptum sit Gene. iiii. subtus te erit appetitus tuus: et tu dominaberis illius. Cognouerūt stellā istam differre ab aliis in tribus. Primo in motione: ubi alie stelle mouentur omnes motu circulari: de oriente in occidens ad motum primi mobilis: uel econtra de occidente in orientem od motum proprium

ista mouebatur motu animalis progressiuo: aliquando ad dextram: aliquádo ad sinistram. Sic nos debemus aliquá/do declinare ad dextram implendo mandata: aliquando ad sinistram patienter substinendo aduersa. Secundo differebat i appantione. Alie apparent i nocte: Hec aút in nocte et in die. Sic nos debemus lucere in nocte aduersitatis per patientiam: in die prosperitatis per humilitatem. Tertio differebat in figura: quia erat in forma pueri: ut dicit Crisostomus cum signo crucis i fronte. Sic nos debemus habere innocentiam paruuli: mansuetudinem. etc. Secundo uideamus Magorum uirtualem operationem. Quia uenimus. Veniunt per uiam mandatorum. Psal. Viam mandatorum tuorum cucurri. Venerunt per uiam uirtutú. Primo largitatis: quia large obtulerunt. Vnde apertis thesauris suis. s. domino: Multi aperiunt thesauros suos mundo ghuerris: pompis. Similes Ezechie: qui omnes thesauros suos ostendit seruis Regis Babylonis. Ysay. xxxviiii. Lata fuit sententia contra eum: q nati eius ducerétur captiui

Secundo per uiam liberalitatis: quia offerút dona gratuita: quod ex immensa charitate processit. Caritas aút liberalis est: quia cum dat: non attendit precedens meritum: nec subsequens premium. Tertio per uiam discretionis: quia offerunt discrete et mistice. s. aurum: thus: et mirram. Aurum ad tributum sicut regi. Thus ad sacrificium sicut deo. Mirram ad sepulturam sicut mortali. Multas ergo uirtutes operati sunt in ista sancta die. Ita nos debemus eam solé/nizare: maxime propter septem mirabilia que in ipsa inueniunt plena reuerétia. Primo Magus adorat a stella ductus Pastores ab angelo edocti. Simeon a spiritu sancto. Sed Magi a stella que ipsos duxit ad presepium: et stabat supra ubi erat puer. Quasi diceret eis: Hic est quem adorare debetis. Ad hunc uos duxi. Hic sto: quia hic uos stare fide: spe: et caritate debetis. Sto supra: et intra domum non intro: quia creatura non sum digna intrare: cum longe sim a creatore. Non intro: ut uos intrare possitis: quia mea ma/gnitudine implerem totum tiguriú: et mea claritate uestros oculos obfuscarem. Non intro. quia non est opus luminis

ubi uera lux nata corruscat. Non intro quia intus est stella me maior Maria: que lucē ueram habet in ulnis. Ego famula non intro: uos autem fratres intrate. Factus est uobis similis: ut ad eum intrare possitis. Hodie populus gentium qui ambulat i tenebris: ductus a stella uidit lucem magnā Et dicit iste dies Epyphania ab epy quod est supra et phanos apparitio. Quia Christus a stella que supra apparuit monstratus est magis. Et hodie Iohannes Christum baptizauit: reuolutis xxviiii. ānis et tredecim diebus uenit ad Iordanem: et baptizatus est a Iohanne: Et dicitur Theophonia a theos quod est deus et phanos apparitio: quia tota trinitas in baptismo apparuit: pater in uoce: filius i carne: spiritus sanctus in spē columbe. In quo tactu sue mundissime carnis uim regeneratiuam contulit aque. Tertio hodie ecclesia Christo sponso est desponsata: ut christiani generentur de nouo in baptismo: ut dicitur Ioh. iii. Oportet nasci denuo. Propter hoc cantamus. Hodie celesti spōso iuncta est ecclesia. Hodie in fide ecclesie generantur homines ad regnum celeste. Quarto dodie facta est pax inter hominem et deum: qui nobis non loquebatur nisi per subiectam creaturam quasi inimicus. Hodie ipse loquitur nobis dicēs. Hic est filius meus dilectus: ipsum audite: qa fecit pacem inter me et uos. Quīto hodie Christus desertum intrauit: et incepit penitentiam facere et ieiunare. Et ideo hodie annuntiatur quadragesima et consequenter alia festa mobilia. Sexto hodie Christus aquam conuertit in uinum: et primum miraculū coram discipulis fecit. Et pp hoc uocatur hoc festum bethphania a beth quod est domus et phanos apparitio. Quia in miraculo facto in domo ostēdit se esse deum: quia aquam mutauit in uinum. Septimo hodie de quinq panibus et duobus piscibus satiauit qnq milia hominum. Nam eodem die reuoluto anno cum christus esset. xxxi. annorum et tresdecim dierum: ascendit in montem: et miseratus est turbe: et ostendit se esse deum: qui per propriam uirtutem multiplicauit panem et pisces. Et uocatˀ hoc festum Phagiphania a phage quod est bucca uel manducare: et phanos quod est apparitio; Quia in tali

miraculo monstratus est esse filius dei. Et hoc de secundo.
Tertio principaliter uideamus eorum cultum et adoratio-nem. Et intrantes domū inuenernnt puerum. Psal. Introi-bimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco ubi stete-runt pedes eius. Considera anima deuota feruorem et de-uotionem ipsorum: quia non retraxit a debita reuerētia de-spectus locus. Non erat in siricis pannis: sed uilibus inuo-lutus. Non in domo regia: sed in diuersorio. Vnde Hiero-nymus ad Marcellam. Quo sermone: qua uoce speluncam tibi saluatoris exponam? et illud presepe i quo infantulus uagiit: silentio magis q̄ infimo sermoue honorandum est. Gaudebant oculi eorum contemptibilem puerum aspicere Quia spiritus sanctus in cordibus eorum illum demostra-bat mirabilem. Inuenerūt uirginem non in lecto aureo re-cumbentem: sed pannis uilibus indutam. Et procidentes adorauerunt eum. Iste cultus soli deo conuenit. Psal. Ve-nite adoremns: et procidamus ante deum. Talis honor nō transfertur ad creaturam. Non adorassent isti sapientes ta-lem puerum: nisi i eo aliquid diuinitatis cognouissent: Isti fuerunt primi qui Christum adorauerunt. Bonum princi-pium fuerunt primitie gentium: nos populi gentium. Fue-runt Reges. Venerari debemus eorum dignitatem. Psal. Adorabunt eum omnes reges terre. Fuerunt sapientes et philosophi: Et ideo admirari debemus eorū humilitatem. Ex quo patet ꝙ isti tres Magi Christum adorantes demon-strant ꝙ Christo subiecta est omnis natio: omnis dignitas et omnis sapientia. Et sic debemus cum magis Christum querere non corpore sed mente: quem tenuerunt post re-uersionem ad patriam: et deum in patria colentes et predi-cantes moltos erudierunt i fide. Et demum cum Thōmas iuisset in prouintiam illam adiūcti sunt ei et baptizati sūt: et facti coadiutores predicatiōis eius. Horum corpora bea-tus Eustorgius transtulit mediolanum de constantinopoli et ut dicitur q̄diu fuerunt corpora eorum Mediolani: nulla tempestas regiōi superuenit. Sed destructa ciuitate medio-lanensi et dispersis ciuibus per Federicum primum im-peratorem inter alia sacra corpora trium magorum detulit

ad ciuitatem colonie: et ibi uenerantur in terris. Rogemus ergo Deum ut ipsorum gloriam cósequamur in celis per infinita secula. Amen.

De Sancto Antonio Abbate
SERMO DVODECIMVS

b Enedictionem omnium gentium dedit illi Ecclesiastici. xxxxiiii. Grandis dignitas creature rationalis uilissime nasci in mundo et gloriosus ab hominibus reputari in tempore: in terra nasci: et celum acquirere: et quod habere non possumus per naturam: cósequi posse per gratiam: Et sic regnũ celorum uim patitur: Dum sancti per penitentiam quam predicauit Iohannes Baptista reuiuiscunt: et ad celestem patriam perducuntur: Vbi consecuntur benedictionem triplici ratione. uidelicet

Primo ratione acquisitionis.
Secundo ratione perfectionis.
Tertio ratione consumationis.

Primo consequitur benedictionem omnium gentium aliquis p dignitatem acquisitam: Sicut dictum é Hester: Post interfectióem Holophernis benedicta a domino deo excelso pre omnibus mulieribus super terram. Benedicitur de aliquo ratione alicuius magne uirtutis. Sic benedicit tota ecclesia de Beato Antonio: qui meritis suis acquisiuit magnum premium: scilicet celorum regnum: Quod acquisiuit primo per gratiam: ut dicit Apostolus ad Thitũ Secũdo nó ex operibus iustitie que fecimus nos: sed secũdum suam misericordiá saluos nos fecit. Sic gratis conferebatur illis qui ad nuptias uocabãtur. Mathe. uigesimo secundo capitulo. Sed qui inuitati erant: non fuerunt digni. Secundo acquiritur per oblationem. Nam regnum celorum tantum ualet quantum habes: maxime per opera misericordie. Mathei. uigesimo quinto capitulo. Beatus Antonius acquisiuit gloriam eternam per commutationem. Cum uiginti esset annorum: et audiret legi in ecclesia. Si

uis perfectus esse: uade et uende omnia q̃ habes: et da pau
peribus. et habebis thesauros in celo: omnia sua uendidit:
et pauperibus erogauit: et heremiticam uitã duxit: reliquit
omnia mundana. Facilius relinquitur sacculus q̃ affectus.
Multi diuitias relinquunt sed dominũ non secunt: sicut pa
tet in multis philosophis: ut dicit Hieronymus in epistola
ad Heliodorum. Crates thebanus homo ditissimus cũ ad
philosophandũ Athenas pergeret: magnum auri pondus
abiecit: nec putauit se simul posse diuitias et sciẽtiam possi
dere. Nõ tamen secutus est Christũ. Sequit̃ dominũ qui
imitator eius existit. Sed beatus Antonius diuitias cõtem
psit: et imitatus est uiam Christi. Secundo consequit̃ ali
quis benedictionem oium ratione pfectionis uite: q̃ excel
lentissima fuit triplici rõne. Primo rõne solitudinis. Nam
uita sotialis necessaria est ad exercitium perfectionis: quia
mutuo se instruũt uerbo exemplo et correctione. Solitudo
autẽ competit iam perfectis: qui sibi sufficiunt: nec aliorũ
regimine indigent: Sed solũ spũ dei aguntur. De talibus
dicit Augustinus libro de opibus monacorũ: illos superio
res esse: qui a conspectu hominũ sepati nulli ad se prebent
accessum: uiuentes in intentione orationũ. Tales omnium
sunt minimi. Hos nõ supat esuries: nã saturitas. Pauper
tate letãtur: habitus incultus: incessus humilis. Talis fuit
beatus Antonius. Secũdo fuit eius uita benedictiõibus
plena rõne humilitatis sũme. Crisostomus. Quisquis gra
dum proprie celsitudinis amat: humilitatis cultum in mori
bus diligentissime teneat. Nam cũ Sãctus Antonius que
reret et inuestigaret per quam uirtutem posset diabolo resi
stere in spũ raptus uidit totum mundum plenum laqueis:
qui exclamãs ait. O quis istos euadet? Et audiuit: Humili
tas. Quo audito semper in humilitate permansit. Tertio
fuit plena benedictiõibus: quia uicit diaboli tẽptatiões. Pa
tet qa diabolus excelsus corpore ei apparuit: et beatus An
tonius eum uicit: et abscepsit: et in alterum nemus uadens
discum argenteum repperit: Et ultra progrediẽs ingentem
massam ueri auri inuenit. sed illis intactis ad montem fu
giens uigiti annis illic permansit: innumeris corruscans

miraculis. Et quoniam sic uicit diaboli temptationes: ideo data est beato Antonio potestas patrocinandi ad ignem infernalem. Et hoc de secũdo. Tertio consequit᷑ beatus Antonius benedictionem oĩum gentiũ in cõsumatione uite in qua cõcessum est sibi regnum celeste. Vnde bernardus re/gnũ dei cõcedit᷑: promittit᷑: et ostẽdit᷑. Cõcedit᷑ in predestinatione: promittit᷑ i uocatione: ostendit᷑ in glorificatione. In predestinatione p quã obtinuit in presenti gratiã cõuersionis ad deũ. In uocatione: p quã uanitatibus seculi: renũtiauit: p quã uitã solitariã et pfectissimam duxit. In glorificatione: p quã centesimũ qntũ annum uiuens fratres deobsculans in pace quieuit. Locũ honorabilem in celis adeptus est: ubi regnat cũ Christo sine fine in gratia tãta populorũ: ut ipsũ inuocẽt in necessitatibus suis: ipsius precibus et meritis puenire ualeamus ad gloriã sẽpiternã. Amẽ.

De primo die quadragesime. De Ieiunio

SERMO. XIII.

s Anctificate ieiuniũ: uocate cetũ. Ioh. ii. cap. Hoc naturaliter uidemus ꝙ q̃to res est nobilior: tanto plus sua uirtus est fortior et efficatior. Exemplũ habemus de sole q est res ualde nobilis: et ideo habemus suã uirtutem ualde pfectam ad generandũ Quia ut hẽmus p Phũm Sol et hõ generãt hoiem. Et qa habet uirtutẽ ualde admirabilem: igit᷑ producit pfectos effectus. Vnde pducit hoiem et argentum: q sunt nobiles effectus. Sic spũaliter loquendo. Quia ieiuniũ est res spũalis ualde nobilis: ideo habet magnã uirtutẽ et potentiã circa aiam nostrã. videlicet eã pducendi ad uitã sẽpiternã. Figuram hẽs. iii. Regũ: de Helia pphetā: qui ieiunauit. xl. diebus et. xl. noctibus: postea puenit admontẽ dei Oreb. i. ad gloriã eternã. Ideo impauit nobis propheta dicẽs. Sanctificate ieiuniũ: etc̃. Vt ergo possimus in ista sancta quadragesima ieiunium sãctificare oportet beatã Virginem auxiliũ flagitare: quod si ab ea habere intendimus eã cũ angelo salutemus uoce mẽteq; pia: humiliter dicendo: Aue maria. Sanctificate ieiuniũ. li. et cap. ut supra. Dilectissimi christiani et anime deuote boni Iesu. In presenti sermone meo sub prima predicatiõe uolo ꝙ uideamus principaliter tria dubia: in qbus intendo totã

meam concludere orationem. Primum erit tale. Quare ieiunium ordinatum sit. Secūdum: Quare Christus uoluit ieiunare. xl. diebus. Tertium: Vtrum ieiunium prebeat aliquā utilitatem ieiunāti.

Circa primum uideamus Quare ordinatum est ieiunium: Respondetur ꝙ ieiunium ordinatū est propter hanc causam. Dicit quidam sapiens: ꝙ ordinata deus ordinauit propter inordinata. Hor nota bene. Deus enim in paradiso uoluptatis ordinauit primos parentes scilicet Adam et Euam: deditq3 eis licentiam plenariā ut de quocunq3 fructu in illo loco existente possent comedere: preterq̄ de fructu uetito. Ordinauit etiam ut famem sitim atq3 frigora uel calores non haberent: neq3 sentirent nimiū. Verecūdiam etiam suam non cognoscerēt. Vere hec pulchra fuit et utilis ordinatio. Sed quid est? Parentes nostri illam non cognouerunt. Et ideo cōmiserunt gule peccatum nobis inordinatum: et comederūt de fructu: de quo deus sibi denegauerat: ut habetur in gene. ii. Quod non comederēt. etc. Ideo magnam cōmiserunt inordinationem. Et tunc omnia que a deo eis fuerunt ordinata fuerant deordinata. O maledicta gula: que nobis tantam contulit penam: Sed Deus propter illam inordinationem gule ordinauit abstinētie ordinationem siue ieiunium. Quia per ea per que peccauerunt parentes per ea uoluit eos punire. Et quia tota humana generatio sensu participauit de illa inordinatione: Igit̄ deus uoluit omnes ordinare ad ieiunium. Et hec de primo dicta sufficiant.

Circa secundum ubi queritur: Quare Christus uoluit ieiunare quadraginta diebus: cum sibi non foret necessarium ieiunium? Quod probatur. Ieiunium enim si bene inspicio ordinatum est propter tres causas principales. Prima propter corporis maceratiōem: quia quando homo se sentit non posse abstinere uel custodire a concupiscētia siue a luxuria: deberet macerare corpus suum per ieiuniū. Secunda causa fuit ad augmentationem glorie. Et ex hac causa ieiunauit Sanctus Iohannes Baptista: non ꝙ esset in eo peccatum mortale: Sed solūmodo ut haberet gloriam maiorem cum deo. Tertia causa quare ieiunium fuit

ordinatum: est propter culpe satisfationem. Modo si ieiu nium fuit ordinatum propter istas causas: mihi uidetur ꝙ non erat necessarium Christum ieiunare: cum ieiunium sit primo ordinatum propter corporis macerationem: que quidem maceratio fuit ordinata contra luxuriam. Christus autem non poterat luxuriose peccare in quantū deus: si peccasset luxuriose non fuisset Deus. Ergo non erat necessarium Christum ieiunare. ¶ Arguitur et secundo: Ieiunium secundo est ordinatum propter glorie augumetationem. Sed non erat necesse Christum augumentari. Ergo non erat necessarium Christum ieiunare. Antecedens pro maiori patet: Quia sic Christus non erat perfectus quod est ualde inconueniens: ergo. etc. Arguitur tertio: ꝙ non erat necessarium Christum ieiunare. Quod probatur per tertiā causam. Ieiunium enim ordinatum est propter culpe siue peccati satisfationem: Sed christus nunquam peccauit: ergo non erat necessarium Christum ieiunare. Ad questionem primam breuiter responde tur ꝙ erat necessarium Christum ieiunare propter unā causam quam adducit magnus doctor Aurelius Augustinus in libro de ciuitate dei sic dicens. Perfectio cuiuslibet religionis est imitari illum quem colit. Christus ergo ieiunauit non propter illas tres causas superius assignatas: propter quas ordinatum est ieiunium: Sed solummodo ut illi qui sunt christiani: et ab illo uitio se custodire nō: possunt: debeant ieiunare: posquā ieiunauit: Christus: et debeant ipsum sequi in uero ieiunio quia colunt eum Et hec est perfectio religionis. Et propterhanc causam ieiunauit.

Circa tertium ubi querebatur Si ieiunium prebeat aliquam utilitatem ieiunanti: Respondetur ꝙ ieiunium uerum et perfectum absq; peccato mortali: habet multa maxima bona efficere in ieiunantem. Ieiunium hoc enim reddet tibi intellectus illuminationem. Dei placationem. Concupiscentie euitationem. Diuinam imitatióem. Vite conseruationem. Omnium uirtutum habituationem. Spiritus sancti mansionem: Et ad uite eterne perductionem.

Dico ergo primo: ꝙ ieiunium reddet tibi intellectus illuminationem. Ieiunium enim illuminat intellectum.

Exemplum de Daniele et sotiis eius: qui per abstinentiam quā fecerūt habuerūt intelligentiā uisionis Danielis. Dicunt. n. medici: ꝙ ex hoc multo cito resoluunť uapores et fumositates ad cerebrū ascendētes q obnubilāt itellectum ut patet i humido: qa ex humiditate resoluunť uapores uirtute solis ascēdētes in altū. In ęgipto qa terra ē sicca nunq̄ resoluunť uapores: et ideo illic nunq̄ pluit. Sic ē in stomacho. Et ideo abstinens et ieiunans Daniel pp eius ieiuniū ostendit se habuisse mirabiles uisiones dei. Dan. ii. cap. in principio. Item p ieiuniū et abstinētiā etiam reuelatum fuit mysterium dei: passionis Iesu Christi Dan. Melius intelligit. Intelligere aūt est propria opatio ipsius aie: Vt dicit Phūs. iii. de aia. Et ideo debet homini esse ualde delectabile ieiuniū: ut melius secreta dei intelligere ualeat. Propterea moyses locutus cū deo: et legē accepturus. xl. diebus et noctibus ieiunauit. Exodi. xxiiii. Secundo ieiunium reddet tibi placabilem deū. Ieiunium hēt deum placare: ut patet de Niniuitis: qui cum ieiunassent: et cincti et induti essent saccis: deus placatus est eis. Ione. Hoies et iumēta non pascanť nec gustent quicq̄. Tertio reddet tibi concupiscentie carnis euitationem. Ieiuniū. n. cōcupiscentiā carnalem euitat et fugit: ut non dominetť. Math. viiii. Hoc genus demoniorū non eiciť nisi ieiunio et oratione. Cū concupiscentia aūt genus demoniorū est: qa est demonium incarnatum. Gula. n. et luxuria sunt simul sorores. Vna nutrit aliam: et alia. s. gula luxuriā. Et ideo sicut deficiētibus lignis extinguiť ignis: sic deficiente cibo extinguiť concupiscentia. Quarto reddet tibi obediētie imitationē: Nā et in hoc quadragesimali ieiunio dei filiū imitamur: quod ē ualde gloriosum. Eccle. Magna gloria est sequi deū. Ideo dicebat Iob. Vestigia eius secutus est pes meus. Per labilitatem aūt parentes nostros imitamur: qui uno pomo paradisum perdiderunt: quod est ualde uituposum. Ad hāc sequelā Christus nos inuitat dicēs. Math. Venite post me et p uiā abstinentie. Quito reddet tibi uite et sanitatis cōseruationem. Ieiuniū. n. habet uitā et sanitatem conseruare. ut Eccle. Propter crapulam multi piunt. Qui autem abstinens est adiciet uitā. Vnde Ipocras semel interrogatus

Quare inde parum comederet: Respondit. Comedo ut uiuam: sed non uiuo ut comedā: ut multi faciunt: quorū deus uenter ē. Sexto reddet tibi oium uirtutū habituationē: qa secundū Hieronymū ieiuniū cōmēdat a tribus. Primo ab auctore: quia fuit a deo ordinatū. Math. iiii. Cū ieiunasset xl. diebus. Secūdo a loco: qa i paradiso fuit cōstitutū: Tertio quia ante peccatū fuit constitutū. Et de istis duobus habet Gene. ii. De ligno sciētie boni et mali ne comedetis. Debemus. n. ieiunare ut deo placeamus pp quattuor. Primo peccata cōfitendo. Ysay. Dissolue colligationes impietatis. Item dissolue fasciculos deprimētes. i. mala desideria. Psal. Sicut onus graue grauate sunt sup me. Secūdo proximo subueniēdo. Ysay. lviii. Frange esurienti panē tuū. Tertio orationi insistēdo. Tobie. xii. Bona est oratio cū ieiunio et helemosina. Quarto seipsum humiliando. Psalm. Humiliata est in ieiunio anima mea. Et ideo religiosi et boni uiri qui cupiunt infundi uirtutibus: multum etiam libenter ieiunant. Nam pp magnā abūdantiā et saturitatē omnes uirtutes in sodoma fuerūt destructe: et ab hac die destruuntur. Eze. Hec fuit iniquitas sodome sororis tue. Saturitas panis et uini et otii: i eius figura ut recitat lere. Dicit. n. ipse q Nabuzadar princeps cocorū destruxit muros Ierusalem. Et muri Ierusalē sunt uirtutes destructe in aia nostra. Septimo reddet tibi spūs sācti mansionē. Ieiunium hanc habet preparare aiam ad spūs sācti receptionē. Et ideo apostoli spūm sanctum i pentecosten recepturi: ieiunauerunt deuote ab ascēsione usq ad pentecosten: quod quidem tempus uocat quadragesima apostolorū. Etiam pp eandem cām in uigiliis apostolorū ieiunamus: ut spūm sāctum recipiamus in festis ipsorum. Octauo reddet tibi ad uite eterne pductionem. Ieiuniū. n. babet ad celū pducere aiam: quod figuratū fuit in Helia: qui ieiunauit. xl. diebus et postea peruenit ad montem dei idest ad uitam eternam: quā nobis concedat qui est benedictus in secula. Amen.

Dominica prima quadragesime de obseruatione ieiunii. Sermo. XIIII.

d Uctus est Iesus in desertum a spū, Math. iiii. cap.

Hodie sancta mater ecclesia considerans suos filios christianos fuisse implicatos in multis peccatis: ꝑpter que sũt deo debitores: ordinauit sacrũ tempus quadragesimale: in quo uult ipsos ieiunare: et aliis opibus afflictiõis corporis attendere. Vt sicut deus ꝑpter eorũ peccata est cõtra ipsos iratus: ita per talia opa penalia reddat̃ placatus: et remittat eis peccata sua. Modũ aũt et ieiunãdi: et penitentiã de peccatis faciendi docet nos dominus Iesus Christus i hodierno euãgelio: quod i tres partes diuidit̃: secundũ tres téptationes quas Christus a diabolo passus est. Prima téptatio: an toleraret famis necessitaté. Secũda an q̃reret humane laudis uanitaté. ibi Tunc absumpsit eũ diabolus i sãctã ciuitaté. Tertia: an appeteret rerũ mundi utilitatem. ibi Iterum assũpsit eũ diabolus i mõtem excelsũ. Circa primam parté dicit̃ ꝙ ductus est Iesus i desertũ. s. quod est inter Ierusalem et Ierico: ubi uiator icidit i latrones. Luc. x. A spiritu sancto. Ysay. xxxxiii. Spũs domini ductor eius fuit. Desertũ penitentiam significat. Et dicit̃ desertũ a deserendo: q̃a debent penitentes deserere culpas preteritas: uanitatem mundi. carnis delitias: consortia iocosa hoium. De isto deserto penitentie dicitur exo. qnto. Dimitte populum meũ ut sacrificet mihi i deserto. Huius deserti tres sũt partes. Cordis contritio. Oris confessio. Operis satisfactio. Per istas tres partes saluatur omnis peccator. Ideo Iesus est ille qui ducitur: qui est saluator noster. Diabolico spiritu ducunt̃ qui pristina uitia non deserũt: et futura mala ꝑponunt. Et nota ꝙ per septem uias ducit nos spũs sãctus ad penitentiam peragendã de peccatis nostris in isto sacro tempore: Prima uia est prõpta non tardata: ne pp tarditaté impediamur: sicut filii israel ipediti a Pharaone ne exirent de egypto. Ne tardes cõuerti ad dominũ. Et spõse q̃ tarda uenunt ire ad nuptias: stulte dicte sunt: et non intrauerunt Math. xxv. cap. Et Christus statim post baptismum in desertum iuit. Si tanquã carnales peccastis: subito post peccatum m habeatis contritionem cum proposito confitendi et satisfaciendi. Hec est medicina salutis. Prima ad Corith. vii. Tristitia penitentiam operatur in salutem. Secũda uia est uoluntaria: sicut uoluntarie peccauimus: uoluntarie penitentiam faciamus cum gaudio: cogitando ꝙ penitentia

psal

nos ducit ad uitam. Psal. Voluntarie sacrificabo tibi: et sic Christus uoluntarie ieiunauit. xl. diebus et. xl. noctibus. Tertia uia est amara. Iere. vi. cap. Luctū unigeniti fac tibi plantum amarum: exēplo Magdalene: que fleuit ad pedes domini. Et sic Christus esuriit: Quarta uia est cōfidētia: ut semper et ubiq3 confidat de dei misericordia: quam acq siuit per penitentiam Dauid in campo: Ezechias in lecto: magdalena in conuiuio: Filius prodigus inter porcos: Latro in cruce. Ezechiel. xviii. Quacunq3 hora ingemuerit peccator omniū iniquitatū eius nō recordabor: Quita uia est Continuatio: quia semper peccatū debet displicere peccatori si non in actu: saltem in habitu: et quando in mētem uenit debet dolere in actu. Ysay. xxxviii. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Sexta uia est humilitatis: ut patet de Niniuitis uestitis saccis. Et sic Christus i deserto erat cū bestiis. Septima uia est rationalis cōsiderationis. Certum est ꝙ oportet peccatorē unum eligere ex duobus. Vel agere penitentiam in uita presenti que breui tempore clauditur: uel incidere in gehēnam que permanet in eternum. Sapiens autem potius uult hic pati modicum: q̄ perpetuū subire tormentum. Et sic dicitur. ii. Regū. xxiiii. ꝙ Dauid potius elegit tribus diebus pestilētiam q̄ septem annorum famē. Sic peccator substinēs tres penales dies. s. contritionis: confessionis: et satisfactiōis liberabitur a pena eterna: que uoluitur p septem tempora.

Ysay xxxviii

regū xx

Secundo dico ꝙ temptauit de uana gloria: dicens: Mitte te deorsum: quia assumpsit eum in sanctam ciuitatem. s. Ierusalem: Et statuit eum supra pinnaculum: idest deambulatorium templi. etc̄. Quam temptationem dominus uicit et superauit: dans nobis exemplum ꝙ omnes diaboli temptationes possumus deuitare. quod ostenditur triplici uia. Prima scripture sacre cognitione. De nullo uitio diabolus potest temptare: ad cuius detestationem scriptura sacra non inducat exempla. Si quis temptatur de superbia habens de scriptura cognitionem aliquam: recurrat ad eam et inueniet illud Eccle. decimo Superbis deus resistit. Et ꝙ Lucifer propter supbiam fuit de paradiso eiectus: Statim dicit i semetipso. Ego in me nolo regnare supbiā: ne deo et hominibus sim odiosus et diabolo similis. Et ista psuasione hāc

euitat temptationē. Et ſicut dicit̃ de hoc uitio ita de aliis: q̄a ſcriptura oſtendit oia uitia repellenda. Et hanc uiā oſtēdit Chriſtus i preſenti euāgelio dicens. Scriptū eſt nō tēptabis dominū deū tuum. Secūda uia eſt inuocatio. ſ. Chriſti Math. ultimo. In noie meo demonia eicient. Beate Marie: Maria mater gratie: mater miſericordie: tu nos ab hoſte ꝓtege. Alicuius ſancti. Iob. iiii. Ad aliquē ſanctorū cōuertere. Signū crucis: quo facto i fronte et pectore diabolus fugit: ut dicit Greg. i dialogo de quodā iudeo. Tertia uia eſt carnis cōtinentia: et ſenſuum cuſtodia. Tho. vi: cap. Dixit Angelus raphael ad Thobiā. Quando orabas cum lachrymis: ego optuli orationē tuam domino: et nūc me miſit dominus: ut curarem te: et Sarrā uxorē filii tui a demonio liberarē. Prefatis modis diuina fauente gratia homo in tēptationibus a diabolo liberat̃. Tertio temptauit de auaritia: Dū oſtendit oia regna mundi dicēs: Hec oia tibi dabo: ſi cadens adoraueris me. Quem Chriſtus uicit: et ait. Vade retro Sathanas: Oſtendēs ſi fortes erimus in temptationibus: uictoriā conſequemur: et gloria coronabimur. Iacobi primo. Beatus uir qui ſuffert temptationē: quoniā cū probatus fuerit: accipiet coronā uite: quā nobis concedat qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

Dominica ſecūda quadrageſime de peccati cognitione. Sermo. XV.

d Omine bonum eſt nos hic eſſe. Mathe. xvii. capi. Philoſophus. x. ethyco. poſuit felicitatē noſtrā in cognitiōe diuinorū. Et q̄uis hic modicū poſſimus de ipſis cognoſcere: tamē illud modicū melius eſt q̄ cognitio multorū iſeriorū. Et parua cognitio de deo melior eſt q̄ cognitio oium inferiorū. Et philoſophi cū ſuo obſcuro intellectu non potuerūt tantū aſcendere: ut intelligere poſſent: q̄ beatitudo noſtra conſiſtebat i clara dei uiſione. Nec mirū q̄a nos hoc habemus ꝑ fidem: que nobis hodie oſtendit in euāgelio: qualiter Chriſtus aſſumpſit Petrū Iacobum et Iohānem: et duxit eos in montem excelſum: et trāſfiguratus eſt ante eos: hoc modo: quia reſplenduit facies eius ſicut ſol: et ueſtimenta eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ſic

ostendit eis arram beatitudinis: ut ipsos animaret ad illā. In ista uita deus nec uideri: nec aperte cognosci potest pp multa impedimenta que hic habemus: oportet ut ipsum ui deamus in alia. Ad quam uitam uolētes uenire: debemus incipere ascendere cum Christo i montem: et non stemus in ualle peccatorum. Sed quia uiā ignoramus: sūmere de bemus nobiscum istos tres discipulos: Petrum Iacobum: et Iohannem. Petrus interpretatur cognoscens. Iacobus subplantator: Iohānes in quo est gratia. Si autē ad montē uere beatitudinis uolumus ascēdere: tria sunt nobis neces saria per istos figurata. Cognitio uera. Supplātatio uitio rum. Amor eternorum. Non enim potes ascendere in co gnitionem dei: nisi supplantando creaturas: Nec diligi po test deus nisi cognoscatur. Augu. pmo de trini. Inuisa di ligere possumus: incognita nequaquā. Duo debemus co gnoscere. Primū deum: ut ipsum diligamus: Oportet igit ascendere in montem sapientie: in cuius similitudine dixit dominus ad Moysē: Numer. xxvii. Ascende i montem: et contemplare inde terram quam daturus sum filiis Israel. Hic claram uisionem abere non possumus: sed contem plari possumus per creaturas. Viderunt Philosophi nullū corpus esse Deum. Ideo cūcta corpora transcenderūt que rentes Deum. Viderunt ꝙ quicquid est mutabile: non est Deus. Ideo dixerunt Deum esse imutabilem. Viderūt nul lum creatum esse Deum: cum sit a suo creante. Ideo dixe runt deum esse spiritum imobilem: dantem motum omni bus mobilibus rebus. Et ista cognitio ducit i cognitionem Dei: quod deus est. Sed hic non stat felicitas nostra clara: sed obscura. Vnde de Moyse dicit exo. xx. Accessit ad cali ginem i qua erat deus. Sed i clara uisione Dei que sūmā delectatiōem adducit stat beatitudo nostra: ad quam aliqua liter contemplandam trāsfiguratus est filius dei: et gloriā diuinitatis in carne ostendit. Vt ex illa delectatione parua quam continue habere uolebat Petrus dicens. Domine bo num ē nos hic esse: ascenderemus ad contemplaudam illā eternam delectationem: quā in uita beata expectamus. De qua loquitur Augustinus in soliloquiorum libro. Festine mus inquit igredi ad illam requiē: ubi erit eterna refectio:

Marginalia (manuscript): aug p° d trinitate — ꝙ ds ē m corporeus — imutabilis — icreatu — Aug i soli loq — petrus cognoscens / Iacobus supplantator / Iohs i quo est gra / amor ꝙ ascendentib ad montem speculatio nis t'a requirut / uera cognitio supplā tatio uitior amor eternor

perpetua dilectio: iocunda possessio: dies sine nocte: iuuentus sine senectute: pulchritudo sine desormitate: fortitudo sine debilitate: letitia sine merore: tranquillitas sine labore: et sine omni fallacia ueritatis plena cognitio. Que figuraliter intelligitur in magno conuiuio facto a rege Assuero Sed quomodo anima ad istam beatitudinem disponitur: dixi secundo esse peccati cognitio ut ipsum fugiat et detestetur. Si uultis ad montem ascendere: peccata oportet deuitare: ut illa euitemus: oportet illa cognoscere. Ad cognoscendum peccatum scilicet mortale prima regula est Sācti Thóme secunda secunde. q. lviiii: arti. quarto. Omne quod agitur contra charitatem dei: et proximi. Secūda: trangressio alicuius mandati diuine legis. Psal. Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Tertia: omnis transgressio mandati potestatis superioris ecclesiastici uel secularis. Ad Ro. xiii Qui potestati resistit: Dei ordinationi resistit. Qui autem ei resistunt: damnationem sibi acquirunt. Quarta non solum actus exterior: sed itentio et consensus. Math. Si quis uiderit mulierem ad concupiscendum: iam mechatus est in corde suo. Quita consensus in delectationem peccati mortalis est peccatum mortale. Tho. secunda secūde. q. lxxiiii. Deliberans non operari peccatum: sed tātum cogitare: de eo loqui audire: Et sic omnes scribētes dicentes cantantes res inhonestas sic peccant. Sexta: Omnis transgressio cōtra aliquod mandatum ecclesie est peccatum: Vt preceptum de ieiunio: de auditione misse: de custodia aliquorum festorum ubi ecclesia precipit. Septima: Quilibet peccat mortaliter: qui ex sua culpa ponit se ad periculum peccati mortalis. Octaua: Omnis consentiens in peccatum mortale. Ad Ro. primo. Digni sunt morte non solum qui faciunt ea: sed qui consentiunt facientibus: Vt peccare precipiēs: peccatum non corrigēs: si ad eum pertinet: consilium et auxilium dans. cap. Consētire. lxxxiii. di. Consentire uidetur erranti: qui ad resecanda que corrigi debent non occurrit. Habeat ergo peccator post cognitionem horrorem: dolorem: et displicentiam: detestationē: et propositum confitendi. Sic Iesus qui est saluator assummet gratiam dabit: conscientiam illuminando; et seorsum a peccato per confessio-

nem separabit ab aliis: et ieniet Christum transfiguratũ de punitione et ira ad misericordiam et pietatem transmutatum. di. Nisi quia dominus adiuuit me: habitasset paulo minus in inferno anima mea. Et tunc facies Iesu Christi apparet sibi leta: quia reconciliatus est per penitentiam. Et sic incipit diuinam gustare dulcedinem: dicens: Bonum ẽ hic esse. Et sic preparat eum diuina gratia: ut Deo placeat et Deo faciat tria tabernacula. Primum fiduciam i solo deo ponat: qui solus saluat. Secundum propriam miseriam cõsideret. Tertiũ: diuinam misericordiam imploret. Et sic diuina gratia obumbratur anima sic penitẽs. Et uox domini auditur. Hic est filius meus dilectus. Et tunc peccator de se diffidit dicens. Ego sum uermis et non homo. Et cadit ĩ faciem suam. Et considerans diuinam maiestatem quam offendit ualde timet. Sic Christus tangit eum ne diffidat cõfortãdo. di. illud Gen. Noli timere: ego ꝓtector tuus sum Hortatur Christus ut uitam ueterem deserat: dicens. Surgite. Anima autem omnium terrenorũ cogitatione dimissa oculos rationis aperit: et solum Iesum uidet: Quia nil nisi de solo Deo cogitat. Secundo si ascendere uolumus: Iacobum assummamus conculcando uitia: quia animã cruciant Psalm. Sagitte paruulorum facte sunt plage eorum. Vilificant: quia compatus est iumentis insipientibus: Similis factus est illis. Peius est comparari q̃ nasci. Tertio assummamus Iohannem: idest amorem habeamus ad Deum: dilige dominum Deum tuum. Dilectio malum non operat. Qui deum diligit: eius precepta seruat: Deum honorat: q Deum uere diligit: in omni suo opere deo placet. Quia diligẽtibus Deum omnia coohoperantur in bonum. Diligamus ergo: ut hic hẽamus gratiã: et in futuro gloriã. Amẽ.

Dominica Tertia quadragesime

SERMO XVI

e Rat Iesus eiciens demonium: et illud erat mutum Luc. xi. cap. Quãq̃ dominus Iesus Christus sua misericordia multos infirmos curauerit: nullum corporaliter sanauit: quin etiam spũaliter liberauerit: cum inter infirmitates omnes nulla sit grauior illa: que totũ hoiem occupat q̃tum ad corpus et q̃tũ ad aiam. Sed que est illa que

maior aliis uidetur esse? Dico q̄ ē possessio hominis a dia-
bolo. In aliis infirmitatibus corpus affligit: et anima stat
in suo esse. Sed quādo homo a diabolo uexat: torquet cor-
pus: et omnia membra quassant: et anima usu rationis pri-
uatur. Sic hodie Christus Iesus magnā ostēdit misericor-
diam erga illū a demonio obsessum: eum liberando ab ifir-
mitate pariter et a demonio. ut narrat euangelium quod in
tres partes diuiditur: secundum quod tria docet saluator:
si a demonio querimus liberari. i. a peccato.

Primū est: ut diaboli consortium et amicitiam fugiamus.
Secundū est: ut post penitētiā ad peccatū nō reuertamur.
Tertiū est ut uerbū diuinum libenter audiamus.

Quātum ad primum: diabolus est a nobis semper fugiē-
dus: quia qui eum sequitur: ab illo inficitur et uenenat. Si-
cut iste obsessus qui quattuor infirmitates patiebatur. s. ce-
citatem: surditatem: mutitatem: et corporis et anime uexa-
tioné. Sic diabolus aiam cecat ne uideat aut itelligat q̄ agē-
da sunt. Et nota q̄ tria docent nos: ut eius familiaritaté fu-
giamus. Primum est falsa electio eorum: Secundum pena
eis debita ex tali electione. Tertium propter bonum cui de-
mon contrariatur. Quantū ad primum propter malam ele-
ctioné Angelus est factus diabolus. Omnes angeli fuerūt
creati boni a Deo. Nam tum beati liberi fuerunt ad eligē-
dum bonum uel malum. Qui bonum elegerunt: fuerūt cō-
firmati in bono. Qui malum elegerunt: in malo fuerūt cō-
firmati. Dicit Anselmus in libro de casu diaboli. Creauit
Deus angelum spiritualé: pulcherrimā creaturam: plenā
omni sapiētia: et scia et ei deditcognitioné suimet: et oium
que in ipso erant. Ita q̄ simul intellexit se et oia que erant
in se. Et uidés se tam nobilem et pulchrum: et uidés se nō
beatum: credidit q̄ tante pulchritudini deberetur beatitu-
do per naturam: Et sic illam appetiit: et nō expectauit illam
habere per gratiam. Et ista fuit superbia sua et peccatum
suum. Vnde Augustinus. xi. super Genesi. ad litteram sic
inquit. Diabolus superbia tumidus: ac proprie potestatis
delectatione corruptus: beate uite decorem nongustauit:
uolens ergo habere per naturam amisit quod optinuisset p
gratiā. Peccatum suum sicut et nostrum fuit superbiā. Et

Anselmus in libro de casu diaboli

Augustinus. xi. super Genesi

fic appetiit equalitatem dei: nõ infinitatem: quam non pote
rat itelligere: et sciebat se creaturã. Sed sicut deus est bea/
tus per naturam: sic ipse putauit per naturã sibi competere
beatitudinem non per gratiam. Nam ois peccans nõ uult
deo subesse: ex quo non uult uiuere secundum diuinas le
ges. Et talis uult esse equalis deo. Velle facere contra uo/
luntetem alicuius est uelle plus posse q̃ ille. Non elegerũt
Angeli aliud q̃ beatitudinem: et in hoc non peccauerunt:
sed errauerunt in modo eligendi. Quia uoluerunt per na/
turam quod optinuissent per gratiam. Primum ergo pecca
tum diaboli fuit superbia: que est auersio a deo: et conuer
sio ad creaturam. Et sic Adam p superbiam peccauit auer/
tens se a precepto dei: et conuertẽs se ad dilectionem Eue.
Vnde Augustinus. viii. de ciuitate. cap. xxii. dicit: Demo/
nes esse spiritus superbia tumidos: nocendi cupidissimos:
inuidia liuidos: fallacia callidos. Videns diabolus non pos
se optinere quod uolebat: cepit odire deum. per cuius iusti
tiam erat deiectus: inuidere aliis angelis optinẽtibus quod
ipse optinuisset. si stetisset. Inuidere homini: q poterat ascẽ
dere unde ipse ceciderat. Et cum uideret posse homini noce
re: et eum decipere: incepit esse superbus: et inuidus: et no
cendi callidissimus. O quanta superbia est in homine: a se
reputare oia q̃ hẽt et nõ a deo. Si ista supbia nõ esset in ho
mine: deũ nõ despicerẽt. Magis timerẽt deum q̃ faciũt: ma/
gis honorarẽt: nõ maledicerẽt. Nõ ergo eligamus supbiã
sicut ipse: ne a paradiso expellamur. Diabolus putauit ha/
bere a deo omia: sed suis meritis. Ista supbia peccãt q cre/
dunt se dignos omni bono: et oẽs alios idignos iudicãt. Et
si nõ hẽnt murmurãt contra deum. irascunt: desperant: si
nõ hẽnt quod cupiũt. Diabolus nõ putauit hẽre quod non
hẽbat: qa hoc ex ignorãtia processisset. In ista supbia quo
tidie peccãt hoise q iudicãt se sapiẽtiores et iustiores aliis:
et faciunt magnã opinionẽ de factis suis: hẽntes capita ele
uata et iflata ambitiõe. Cecus ẽ supbus: qa despicit pximũ
et nõ credit aliquẽ habere prudentiam: sciẽtiam: uirtutẽ: ni
si ipse. Et pp hoc uilipendit omnes: et nullius acceptat con
silium. Quot sunt qui non uadunt ad predicationem nõ re/
putantes predicatorem aliquid scire. Diabolus una spẽ pec

Augustinus viii de ciuitate cap. xxii. dicit.

cauit solum. Homo peccat in omnes quattuor spẽs de quibus dicit Psal. Domine non est exaltatum cor meum: affectando excellentiam inordinate. Neq; elati sunt oculi mei. scilicet bona: q̃ a deo habere cognoscimus: nobis attribuẽdo nostris meritis. Neq; ambulaui i magnis: magnificando i me bona que non habeo. Neq; i mirabilibus sup me: Extollendo et alios despiciendo. Secundum nos docet: ut ipsum fugiamus ne in eius penam incidamus. Que pena triplex est. Prima pena ẽ priuatio sũmi boni: ad quod creatus fuerat: ita ꝙ nec ipsum habet: nec habere unq̃ poterit. Et ista pena a doctoribus uocatur pena dãni: que est maior omnibus. Vnde dicitur. Tollatur impius ne uideat gloriã dei. Secũda pena ẽ: nunq̃ posse uelle bonũ. Et ideo fuit maledictus semper i malo obstinatus. Tertia pena ẽ quia fuit expulsus de celo empyreo: ubi fuerunt creati: et deiecti in infernum. et in istum aerem caliginosũ usq; ad diẽ iudicii. Post diẽ uero iudicii reclusi erũt in iferno in eternis penis Augu. viii. de ciuit. cap. xxii. Demones i hoc aere habitãt qa de celi superioris sublimitate deiecti in hoc sibi cõgruo carcere damnati sunt. Tertio diaboli amicitia est fugienda quia contrariatur triplici bono: Diuino: reipublice: et persone. Primo habere amicitiam cum demone ẽ agere cõtra Deum. Et talis ẽ infidelis: quia credit in demonibus esse aliquid diuinitatis. Et antiquitus demones dantes responsa i ydolis credebãtur dii: et homines dabãt eis diuinos honores: adorationes: et sacrificia. Et omnes qui secuntur incantationes uanas et mendaces: diabolum secuntur et deũ despiciunt. Quia illud quod debemus a deo querere a diabolo querimus. Vnde iiii. Reg. ꝑmo. Ochozias fuit a deo reprehensus: quia i infirmitate consuluit Belzebub. Dicitur enim ibi Nunquid non ẽ deus in israel: ut eatis et cõsulatis Belzebub deũ acharon. Idcirco de lectulo super quẽ ascendisti non descendes: sed morte morieris. Est cõtra rẽ publicã: et omnes leges clamant contra tales. C. de male. l. nullus. xxvi. q. v. per totum. Est cõtra personam particularem: quam querit semper decipere. Ires tu ad medicum qui curaret tibi oculum: ex alia parte daret tibi uenenum? Certe non. Sepius curat ut credatur sibi et perdat animã:

Psal. d. n.

Augustin. viii. de ciuitate cap. xxii

ab eo igitur cauendum est. Secundum documentum est ut mūdati a peccato per penitētiam non reuertamur ad malū Quia si reuertimur ad uomitū: tunc diabolus si unum peccatum facis: temptat de alio. Et conatur animam inficere: quia assummit septem spiritus nequiores se. Quia substantia diaboli non est mala sed culpa. Et ingressi habitant ibi. Et cum maiori difficultate curatur secunda uice q̄ prima. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Tertium documentum est ut uerbū diuinum libēter audiamus Quia mulieri illi que creditur fuisse quedam ācilla Marte: Dictum est a domino. Beati qui audiunt uerbum dei: et custodiunt illud. Attente audite uerbum dei. Gustate euāgelium: custodite: mente retinete: que auditis opere ad implete. Vt beati sitis hic p grām et i futuro p gloriā. Amen.

Dominica quarta de celebratione festi
SERMO XVII.

a Biit Iesus trans mare Galilee: quod est tyberiadis Io. vi. cap. Misit dominus discipulos suos in Iudeam ad predicandum. Et cum rediissēt simul cum discipulis Io. baptiste: retulerunt duo: primum miracula facta in eius nomine. Secundum mortem Iohānis baptiste. Sciēs Iesus q̄ Herodes querebat etiā mortem suā: nauim ascendit: et transiuit mare galilee: et uenit Bethsaydam ciuitatē unde erat Petrus Philippus et Andreas. Turba hec presētiēs exibāt de ciuitatibus castellis et uillis: et ueniebāt ad eū: ita ut nec spatiū māducandi haberent. Christus āt hoc uidens intrauit desertum: quod est ꝑpe Bethsaydā: et ascēdit montem cum discipulis suis. Qui locus erat aptus orationi et contemplationi. Hunc transitum Iohannes describens ait. Abiit Iesus. etc̄. Dicitur mare lacus iste galilee: quia circuit galileam. Dicitur tyberiadis: quia prope est ciuitas quam Herodes hedificauit in honorem Tyberii Cesaris. Sequebatur eum multitudo magna. Quia uidebant signa que faciebat. Erat autem ꝓximum pasca dies festus Iudeorum: quod celebrabant in memoriam liberationis de ęgypto. Post quod pasca anno sequenti crucifixus fuit Christus prope pasca: quod est magna solēnitas ascendit

Christus in montem orare: Ad ostendendum nobis quid agere debeamus in die festo. Vbi tria uidenda sunt.
Primum que sunt festa ex precepto custodienda.
Secundũ que in die festo sunt prohibenda.
Tertiũ quando custodia est incipienda.

de primo de cõse. di. 3. cap. pronuntiandũ

De primo habetur de conse. di. iii. cap. pronuntiandum. Omnẽ diem dominicũ ob reuerentiam domini nostri Iesu Christi. Festum pentecostes cum duobus diebus. Natiuitas domini cum tribus diebus. Circũcisio. Epyphania Ascensio Christi. Purificatio uirginis. Assumptio et natiuitas ipsius. Natiuitas Iohãnis baptiste. Festa duodecim apostolorum. Festũ oim̃ sanctorum. Festũ Michaelis de mense septẽbris. Siluestri. Martini. Laurenti. Et in singulis epatibus festa que episcopi cum clero et populo iubent custodiri. Festum crucis in mense mai. Festum corporis Christi. Festa quattuor doctorum celebrantur quo ad officiũ duplex: sed non a cessatiõe ab ope. Luce et Marci. Illa festa que de cõmuni more hominum celebrantur per consuetudinem generalem: sicut festa Antonii: Lucie: Nicholai. etc. Festum annuntiationis et trinitatis est obseruãdũ. cap. conquestus extra de feriis. Seruãda sunt festa apostolorum: quando fuerunt assumpti ad gloriam non alia. De festo Innocentum et sancti Siluesti uidetur stari consuetudini locorum. Alia festa sunt abrogata: et non seruãtur ut Consecratio ecclesie: Dies rogationum: Septem dies passiõis: idest ebdomoda sancta. Quantũ ad secũdũ dico ꝓhibitũ esse opus seruile. Dicitur Leui. xxiii. Omẽ opus seruile non facietis in eo. Sed opus seruile est peccatum. Io. viii. Qui facit peccatũ seruus ẽ peccati. Prohibent̃ in die festo septẽ opera. Primo sententie: et processus iudiciales extra de feriis. cap. omẽs. Secũdo uaria artificia artium mechanicarum: cultura terre: seminatio: messio: uindemie nisi tẽpore necessitatis. Tertio ꝓhibent̃ uenditiones et emptiones: nisi uictualia ꝓ sua necessitate. In nundinis si nõ prohibentur a prelatis post auditionẽ misse uidentur excusari a mortali. Quarto ꝓhibitũ est scribere pro pretio uel instrumenta cũ possint differri. Conficere testamẽta infirmorũ possunt; et cõtractus matrimoniales; ubi est de mo

re. Quīto ꝓhibitū est facere ratiocinia uel uidere cōputa ꝓ lixa. Sexto ꝓhibitū est cū equis asinis aut bobus deferre blada uina aut ligna: nisi necessitas urgeat. Septimo ꝓhibitum ē itinerare ad dietas ad sua negotia et diuina relinq̄re. Similiter bellū cōmittere sine iusta cā. Et nota ꝙ aliq̄ laborātes i die festo nō peccāt. Primi sūt defēsores: ut faciēdo aliqd ꝓ defēsione tēpore belli: ut foueas: et portādo sua ad loca secura. Secūdi sūt cōseruatores: ut si iacētibus segetibus iagro: fenis i pratis: uuis i uineis: tēpore pluuie: et res destruit̄ ut lana mollis: ꝓsecutio ignis i fornace: et similia possunt cōtutari. Tertii sunt carnifices et preparātes uictualia i festis: ut sequēti die uendāt: si nō poterāt prius preparari: uident̄ excusari a mortali. Quarti sunt cōpulsi a dominis iusto metu i laborādo pro defensiōe terre. Similiter paruus labor i orto. Et mulier aliqua pūcta suēdo i ueste pp necessitatē non uidet̄ uiolare festa. Barbitōsores in minuēdo sanguinem. et ferratores in necessitate. Sexti sūt molēdinarii ad aquā uel ad uentum sine magno ope homi nis: pōt seruari cōsuetudo patrie: secus de molēdinis cū iumentis. Et paupes si nō habēt ad uiuēdū: ita ꝙ nō dimittāt diuina: doleāt nō posse custodire: audiāt missam: q̄a obseruatio non ē ita arta sicut erat i ueteri testamēto. Oēs alii debent i festo deo uacare. Dicit̄ de cōse. di. iii. Ieiunia. Die dominica nihil aliud agendū nisi deo uacandū. Nulla opatio in illa sancta die agat̄. Et sic i aliis festis preceptis. Est aūt dies dominica multū priuilegiata. Nam in ea mundus sumpsit exordium. In ea Christus resurrexit. In ea natus est. In ea misit spūm sanctū. In ea debemus orationi uacare: cōtemplationi: auditioni diuinorū: et cogitare q̄ egimus aliis diebus: et ueniam petere deo i ecclesia de peccatis cōmissis. O miseranda cecitas christianorū. Plura mala fiūt in festis q̄ in aliis diebus. Quidā discurrūt p uias et ecclesias uane respiciendo: Alii tripudiādo: Alii ludēdo et blasfemando: Alii uenando: Alii sedēt murmurādo: Alii luxuriando in tabernis: Et tota occupatio hois est circa corpus. Mulieres se ornant ad capiēdas aias: Mercatores ad cōputa: Alii ad audiēdum lasciua: et de palatinis: et nulla est deo reuerentia. De talibus dixit Ysay. primo. Solēnitates uestras odiuit aia mea: facta sunt mihi molesta. Et Ierem.

ar de cōse. di. iii. Ieiunia

Ysayas. p°. Solemnitates uras odiuit aīa mea

tre. Primo uiderunt eam hostes.i.demones: et deriserunt sabata sua. Sed quomodo satisfaciat precepto: qui solũ audit unã missam: et totũ residuum diei festi occupat circa ludos et alia lasciua: non se abstinet ab operibus seruilibus. Dico tertio quando homo debet incipere festum custodire Dico ꝙ debet incipe quo ad cessationẽ ab opibus a uespera.i.sero uigilie: et terminari in uespera festi. Tamẽ initiũ festorum et finis iuxta eorum qualitatem et consuetudinẽ regionum seruari debet. Et sicut magnitudo eorum exigit prius incipere et tardius finire. Et ubi est de more generali aliquorum artificum: ut barbitonsorum: macellariorum: et huiusmodi: qui in sabato et uigiliis magnorum festorũ laborant p duas horas noctis: quia tunc persone magis cõcurrũt: põt talis modus tolerari: qa de sero festi nõ laborãt usq; ad mediã noctẽ. Et sic uidet̃ posse admitti talis compẽsatio. Et sic dicit̃ ꝙ Eugenius cũ talibus dispẽsauit: Erat igit̃ pasca dies festus Iudeorũ ubi christus plura miracula fecit: plures infirmos sanauit. Secundo predicauit turbe: que magna deuotione stabat ad audiendum: et sine cibo et potu secuti fuerũt Christum. Qui cum subleuasset oculos et uidisset multitudinem magnam: dixit ad Philippum: qa magna pars populi erat a bethsayda: unde erat Philippus: ut compateret̃ compatriotis suis. Cui multitudini sua misericordia dominus cõpassus est: eos satiando: ut dicit euãgelium. Conemur ergo taliter uiuere: ut mereamur a domino satiari in uitam eternam. Amen.

De confessione Sermo. XVIII.

e Rat iesus eiciens demonium: et illud erat mutũ Luc. xi. cap. Flebilem humane fragilitatis conditionem hodie dilectissimi in isto Demoniaco cernimus. Homo creatus est ut sedes paradisi repleret: sed a diabolo opprimitur ne illas possideat: dum culpas mortales instigat: Quibus uinculis alligata anima infirma efficitur ad omne opus bonum. Vnde Psalm. Iniquitates mee supergresse sunt caput meum. idest rationem meam. Et sicut onus graue per continuam indurationem grauate sunt super me. scilicet tenentes me suffocatum. Qui si preuentus gratia dei peccatum euomerit diabolo fugato: qui mutam et surdam animam possiderat; liberabitur a seruitute

illa dicente Psalm. Dixi confitebor aduersum me iniusti tiam meam domino: et tu remisisti impietatem peccati mei Erat igit Iesus p gratiã eiciens demoniũ: et illud erat mu tum quátũ ad cõfessionem. Sed p gratiã cũ eiectus est de mon: locutus est mutus: benedicẽs deũ: qui a manibus dia boli eũ liberauit. Sic peccator dũ cõfessionẽ suã facit: a dia bolo liberat. De qua cõfessiõe tria mysteria cõteplabimur

Primum dicitur confessionis necessaria obligatio
Secundum dicitur confessionis debita conditio.
Tertium dicitur confessionis optima fructificatio.

Quantum ad primum nota q ad ueram penitentiam requiritur confessio de necessitate. In ueteri enim lege non tenebantur homines ad cõfessionem spetialem et distinctã suorum peccatorũ: sed solum ad generalem quam ostendebãt p determinationẽ: institutionẽ sacrificiorũ: quando offerebant hostia pro peccato: deo sua peccata pfitebant. Sed in lege noua qa deus uisibilis apparuit: sic uisibilis et sensibilis est deo faciẽda cõfessio. Sed cũ deo loq nõ possimus: uicario eius cõfitẽda sũt. Est.n.papa uicarius Christi in terris: et qcqd facit: auctoritate dei facit. Extra de trãslatiõe epi.cap.corporalia cũ glo.sup verbo diuina. Quod fit auctoritate pape: fit auctoritate dei. Epi et sacerdotes alii a beato Petro sũpserãt auctoritatem.di.xxi.cleros.et.c.quãuis Quod ãt cõfessio sit necessario faciẽda sacerdoti pbat Petrus de Tarãtasio i.iiii.di.xvii.dicẽs q passio christi ẽ singulare remediũ tã peccati originalis q̃ actualis: Virtus aũt passiõis in sacramentis ĩpressa ẽ ut non possimus a peccato purgari sine sacramẽtorũ sũptiõe: uel i facto quãdo facultas adest: uel i pposito quãdo articulus necessitatis sacramẽtũ excludit et nõ cõtẽptus religiõis. sacramẽtũ baptismi ẽ cõtra originale: sacramẽtũ cõfessiõis cõtra actuale. Ergo sicut sine baptismo a peccato originali non possumus iustificari dũ illud hẽre possumus: sic sine sacramento cõfessionis a peccato actuali: si facultas adest. Et põt sic formari ratio Sicut se hẽt baptismus ad origiale: sic cõfessio ad actuale. Sed sine baptismo non possumus ab originali mũdari. Ergo sine cõfessiõe nõ possumus ab actuali mũdari: si ẽ facultas. Quod sit necessaria audi ambrosiũ Nõ põt qs a peccato iustificari: nisi peccatũ fuerit ãte cõfessus. Et sic dixit

gre[o] li. moraliū

ysydorus

p[a] 9[a] amaritudo
iere. xxxi

2[a] discretio

3[a] festina

4[a] accusat[o]

5[a] frequens

christus leprosis. Ite ostēdite uos sacerdotibus. Et Greg. in libro moraliū. Qui uult ꝓmereri quod expedit.i.deside rat: debet malū confiteri quod fecit. Sicut ergo p imprudē tiā locutionis deum offendisti: sic p prudentiā confessiōis debes a peccato purgari. Et Isydorus: Cōfessio sanat: con fessio uiuificat: Cōfessio ueniā dat: Omnis spes i cōfessio ne cōsistit: In confessiōe locus misericordie est. Est.n.cō fessio oris fassio.i.manifestatio p quā morbus latēs aperit̃ spe uenie. Quod autē sit necessaria: ostendit.cap. Omnis utriusq3 sexus de peni.et re.ubi sic dicit̃. Fidelis postq̄ ad annos discretiōis puenerit: oia sua peccata saltim semel in anno confiteat̃ ꝓprio sacerdoti: et iniunctā penitentiā pro priis uiribus studeat adimplere: suscipiēs i pasca heucari stie sacramētum: nisi forte de ꝓprii sacerdotis arbitrio du xerit abstinendū: alioqn et uiuēs ab igressu coerceat̃ eccle sie: et moriens ecclesiastica careat sepultura. Et sic patet ꝙ necessaria sit ipsa confessio. Et hoc de pmo. Quātum ad secundū. Omnis bona cōfessio plures cōditiones debet ha bere: que sunt. xiiii. magis utiles. Prima dicit̃ amaritudo cordis. Ierem. xxxi. Statue tibi speluncā.s.peccatorū tuo rū: pone amaritudines: dirige cor tuū in uiā rectā: doleas de malis cōmissis: de bonis omissis: et de malo exēplo dato Augu. de peni. di.i. Quē penitet oio peniteat.i.integrali ter: et dolorē lachrymis ostendat. Representet uitā suā deo per sacerdotem. Secūda dicit̃ discretio: ut ïueniat discretū confessorem: Ut alienū peccatum taceat: Ut peccata dicat si ne supbia: dicat cū uerecundia. Tertia conditio: ut sit festi na. Ecc. qnto. Ne tardes cōuerti ad dominū: ne differas de die in diem: qa peccatum quod p penitentiā nō delet̃: mox suo pondere ad aliud trahit secūdū Greg. Saluberrimum est cito cōfiteri: si peccatū est manifestū. Si aūt est occultū habeat contritionē cum ꝓposito confitendi tēpore debito. Tamē sāctius est statim post delictū confiteri. Quarta con ditio dicitur accusatio: ut se accuset non excuset. Aliq accu sant Deū cū Adā: Aliq diabolū cū Eua. Aliq stellas et di cūt: sū destinatus: Aliq uxorē: Aliq sotios. etc̃. Quita est frequens: ut sicut frequēter i peccatū incidimus: ita p peni tentiā resurgamus. Et q̄uis de precepto sit semel in anno: tamen in piculo ifirmitatis debes confiteri: quādo uis acci

pere sacramenta. etc. Sexta dicitur ueritas. Vt cõfessio sit uera et non falsa. Nec humilitatis causa debes te accusare de peccato quod non habes. Quia si nõ eras peccator: i mẽtiendo effectus es. Septima debet esse uolũtaria: et non coacta. Vt confessio latronum. Psal. Volũtarie sacrificabo tibi. Octaua: ut sit integra: ut non taceat aliquod peccatũ ex uerecũdia. Quia confessio esset nulla. Quia remanente uno peccato mortali in aia: non põt ingredi gratia absolutionis Quia q offendit i uno factus est oium reus. Nona dicit ut sit aperta. Quia debet exprimere malitiã: statum: conditionẽ psone. Quia posset peccare cũ psona. quod peccatũ mutaret spẽm. Vt cũ sorore: cũ cõmatre: cũ affine. etc. Decima dicit loci: ut si i publico: in loco sacro: quia esset sacrilegium. Vndecima est tempus ieiunii uel festi uel tẽpore orationis in qbus peccatũ aggrauat. Duodecima est pseuerãtia diuturna in malo qa diabolicum est pseuerare. Decimatertia ut sit fidelis credẽs peccata sibi dimitti per absolutionẽ sacramẽtalem. Quartadecima ut sit paratus obedire sacerdoti. Postq̃ peccator omnia diligenter cõfessus fuerit: ponat se i potestate iudicis: omia paratus sit facere pro recipienda uita anime. Semp deprecetur deum: securus de uenia. De penit. di. v. capi. Consideret. Et hoc de secundo.

Quãtum ad tertium uidendum est quos fructus reportet peccator p confessionẽ. Et dicit q inter alios septẽ fructus reportat. Primus dicit dei placatio. Nihil deũ placat sicut sãcta confessio. Quia deus non hoibus irascitur sed uitiis Quia non odit deus hoies sed peccatũ. xxxvi. di. Odio. Si ergo uis placare deũ: confitearis peccata tua: et dic cũ Propheta. Ego aũt iniustitiam meam non abscondi. Tibi eim dixi cãm meã. Secũdus fructus peccata anihilat. Deus remissionem peccatorũ omnibus promisit: si penitẽtiã agãt. Si grandis fuit culpa: grandis sit dolor. Maiora crimina maioribus abluunt fletibus. De peni. di. i. cap. deus. Vnde Propheta i Psal. Non absorbeat me profundũ: neq urgeat sup me puteus os suũ: quod sic August. exponit. Puteus ẽ profunditas humane infirmitatis: i quã si cecideris: nõ claudit sup te puteus os suũ: si tu non claudis os tuũ. Confitere ergo et dic: De pfundis clamaui ad te domine: Tertius fructus q confessio omnem desperationem tollit

Legitur q miles quidā cum filia peccauit: quod scelus mater uidens filiam corripit. Illa ipatiens matrē uenono iteremit. Ridet diabolus. In desperatione puella uiuit. Et dū semel iret ad predicatiōem: audiuit nullū esse peccatū: quod penitētia nō deleat: suspirat: cōfiteri pponit: ad confessorē uadit: culpā suam cum magno dolore narrauit. Facta cōfessione et absolutione in quodā angulo ecclesie pstrata adeo doluit: q statim mortua est. Orat pro ea confessor assidue. Dum sic oraret: uox facta est dicēs q potius ipse eius orationibus idigebat: que lachrymarū iundatione quasi iterū baptizata ad celū iuerat. Quartus fructus: uiuificatio: qa p peccatū bona mortificant: et p confessionē uiuificantur. Eze. xviii. Si ipius egerit penitētiam: uita uiuet: et nō morietur. Quintus cōfessio amicitiam iducit cū deo: cū cōfessore. cuius filius efficit spūalis: et i confessione absoluitur non cōdemnat. ut alii malefactores i iudicio seculari. Sextus fructus: confessio est gratie ifusiua. Psal. Confessionē et decorem iduisti amictus lumine gratie sicut uestimento. Septimus fructus est coronatiuus. Ambros. Confessio a morte liberat: paradisum apit: spemq saluādi tribuit. Vnde dicit Tho. i quarto. di. xvii. arti. v. q. iii. Cum a paradisi introitu phibeat qs per culpam et pene reatū: et talia ipedimenta p confessionem tollant: conseqns est: ut aia per confessionem saluetur: et ad gaudia pueniat paradisi. Ad que nos pducat q est benedictus i secula. Amen.

Dominica Quinta De Maledictione SERMO XVIIII

Joh. viii. cap.

u Os inhonorastis me. Io. viii. cap. Post Lazari suscitationem uidētes pontifices et pharisei dominū Iesum honorari et laudari quasi ab omnibus: tanta iuidia moti sunt contra eum: q non poterant ipsum sufferre. Sed omni studio querebant eius famam extinguere: quod fecerunt duobus modis. Primo uerbis ipsum infamando et calumniando: dicendo eum non esse amicum dei. Non ē hic homo a Deo qui sabatum non custodit. Ioh. qnto. Hic est demoniacus in isto euangelio. De origine eius Ioh. viiii: Hunc autem nescimus unde sit. Hic non habet completā

Joh

legem Moysi sicut Samaritani: qui cum lege miscebant ce rimonias gentiliū: et erant inimici iudeorum: qui occupa/ bant partem patrie eorum: ut habetur. iiii. Regū. xvii. cap. dicebant ipsum Samaritanum. Secundo eū secuti sunt fa ctis: crucifigentes eum. Sed de primo modo agitur i euan/ gelio hodierno: ubi fit mētio de uerbis cōtumeliosis dictis a iudeis contra Christum: ipsum inhonorando: malum di cendo de ipso. De qua maledictione loquendo uolo ostēde re quantum sit graue peccatum et dānabile: quod fit tribus modis contra triplicem naturam.

Prima contra naturam diuinam.

Secundo contra creaturam intellectualem.

Tertio contra creaturas irrationales.

Prima maledictio est contra naturā diuinam: que etiam icludit blasfemiā: cum qs iprecat̄ deo ea que sibi non pos/ sunt euenire: ut ꝙ sibi ueniat tale uel tale malū: quod ē pec catum grauissimū: uel sibi attribuit aliquod uituposum: Vt quod ē partialis: proditor: et similia. Vel ꝙ ab eo remouēt quod sibi cōpetit. ut ꝙ non potest facere hoc: uel illud: non est iustus non misericors. etc̄. Hoc aūt semp est peccatum mortale: nec excusatur ꝙ ex subita ira hoc facit: sicut nec excusaret̄ ab homicidio et pena mortis: si quis ex impetu hoc facit. Vnde i Psal. dicit̄. Maledicentes ei. i. deo disperi bunt. i. diuersis penis peribūt. Sceleratissimū genus pec/ cati est: ut qs i dei uituperiū delectet̄. Dicit Augus. Tanto peccatum est grauius q̄to dignior est psona offensa. Pec cata que sunt contra hominē sunt cōtra creaturā. Sed que sunt cōtra deū: nōne sunt contra creatorē nostrū: quē debe mus sūma ueneratione adorare. Deus nobis dedit esse: ui uere: intelligere: Nos pascit: sustētat: Nos redemit sangui ne filii sui pretioso. Semper ipsum laudare: et de benefitiis receptis gratias reddere. Qui gratias non refert: ingratus est et peccat. Sed scelerati qui loco gratiarum maledicūt et blasfemant: uituperant: iurantes per corpus dei et sangui nem et per alia mēbra pudibunda: q̄ deo attribuunt que nō hēt cū sit spūs: Cui sunt similes tales ribaldi? Certe sunt de familia diaboli: quia damnati in inferno aliud exercitiū non habent q̄ blasfemare: et Deum maledicere: ut de eis di cit Apocalip. xvi. cap. Mādncauerūt līguas suas predolore

et blassemauerunt deum uiuentem: q habet potestatē sup has plagas. s. affligendi eos: Scriptum est Leuiti. xxiiii. Mandauit dominus lapidari illū qui blassemauit i deserto. O maledicti blassematores audite exemplū terribile: quod narrat Greg. i quarto dialogorū de illo puero qnqȝ annorum q in brachiis patris: deū blassemauit asportatus fuit a diabolo: Legit᷑ ꝙ i territorio Bononie quidā magnus blasfemator dei et beate uirginis et sanctorū dū semel esset in ludo blassemās crudeliter astātibus aliis lusoribus captus et leuatus in aere. et uisibiliter spoliatus oibus que hēbat i dorso deiectis interram: aiam uero et corpus diabolus portauit ad inferos. Sunt aliq qui omni anno cōfitent᷑ se blassemasse deū et sanctos: sed non dimiserunt ipsā blassemiā: non existimantes peccatū esse ita enorme sicut est. O ribaldi quis uos docebit fugere a uentura punitione? Non comprehenditis ꝙ deū offenditis: q est iudex: et ipse ē qui hēt punire uos quē offenditis: ē offensus: et ē qui hēt punire offensam Audite punitionē legis extra de maledicis. capi. i: Qui maledixerit deum: beatā uirginem: uel sāctos: debet septem dominicis diebus stare in foribus ecclesie: dū dicitur missa: ita ꝙ in ultima stet sine pallio e calciamentis: et corigiam hēat ad collū. Et ꝙ precedentibus festis feriis ieiunet in pane et aqua. Et non ingrediat᷑ ecclesiam. Et quolibet dictorū dierū: reficiat duos uel tres paupes. In omni ciuitate debet esse pena taxata contra tales. Et peccāt officiales qui non puniūt tales grauiter. Secunda maledictio ē cōtra creaturam itellectualē. Hoc est celestē infernalē et terrestrē. Et si qs maledicit aliquē sanctorum uel angelorum mortaliter peccat: cum iniuriā faciat deo: qui gloriosus est in sāctis suis. Diabolum maledicere i quātum ē creatura: malū est: Secūdū culpā et malitiam que i eo ē nō est malū Aliquotiēs aliqs maledicit amore iustitie cōformādo se uolūtati diuine. Talis nō peccat. Sic maledixit Noe Canaā filio Chā Gene. viiii. Maledicit᷑ aliquādo ex subita ira: et cā correctōis: ut faciūt parētes erga filios: et magistri erga discipulos: ut timeant: non tamē optāt illis mala que dicūt. Hoc est ueniale. Augu. i libro de igne purgatorii. xxv. §. alias dicit ad minuta peccata ptinere cum omni facilitate et temeritate maledicimus. Tertia maledictio est cōtra creatu

ras irrationales: si maledicitur in q̃tum est creatura dei pec catum est cum sit detestari deum i opere suo. Si aũt maledicitur ad ipsam creaturam respiciẽdo secundũ se considera/tam: ut qa aliquod brutũ non mouetur quãdo uult: uel sibi nocet: ex quo irascitur appetens sibi penam: hoc est pecca/tum ueniale: Non debet poni pena ubi non est culpa. Ta/lis bestia nõ est susceptiua culpe: igitur nec pene. Et sic uanũ est sic maledicere. Et tamen hoc fit frequẽtissime Quorum os maledictione et amaritudine plenum est. Maledicere creaturas irrationales ut optet damnum proximo nota/bile est mortale: quia est contra charitatem. Quia igit̃ maledictio prohibita est: ab ipsa cauere debemus: ut regnum dei possideamus: quod maledici non possidebunt. Ad sanctos pertinet benedicere. Propterea dicit christus honorifi/co patrem meum. Ad damnatos maledicere: Ideo dicit uos inhonorastis me. Ro. ii. Qui in lege gloriaris per preuaricationem legis deum inhonoras. Multipliciter iudei ihonorauerunt dei filium. Primo eius diuinitatem: dicẽtes eũ esse demoniacum. Eius originem. Hunc autem nescimus unde sit. Ioh. viiii. Eius dignitatem. Non ne hic est fabri filius. Eius potentiam: quam Belzebub tribuebant. Veri/tatem eius. Ioh. viii. cap. Tu de teipso testimonium p̃hibes Testimonium tuum nõ est uerum. Eius sanctitatem. Ecce homo uorax: et potator uini: et amicus publicanorũ. Iniu/riam ei fecerũt in contumeliis multis: et tandem crucifixerunt eum. Sic hodie pessimi Christiani deum inhonorant maledicunt: blasfemant: Quod est officium damnatorum. O ribaldi blasfematores: quomodo audetis ponere os i celum: Omnis creatura benedicit: et tu maledicis. Celi enarrant gloriam dei. Et tu uituperas diuinum ordinem. Cor/rige linguam tuam. Considera stulte q̃ dicis. Deo tuo polluto et fetido ore audes maledicere. Age penitentiam. Benedic deo tuo: ut merearis benedictionem i celesti gloria. Ad quam nos perducat deus: qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Dominica in ramis palmarum De honore mirifico Christo exhibito. Sermo. XX.

b Enedictus qui uenit in noine domini, Mathe. xxi.

cap. Hodie recolit sancta mater ecclesia honoris magnitu-
dinem quē turba fecit domino saluatori nostro Iesu Chr
sto uenienti ad ciuitatem Ierusalē. Vbi queri posset. Qua
re dominus hodierno die uoluit a populo tā magnifice ho-
norari. Ad hoc potest responderi ꝙ hoc egit multiplici ra-
tione. Primo quia cum ipse esset a iudeis interficiendus:
Et mors alicuius magni uiri quanto turpior: tanto suscipiē
ti uerecundior. Et sic ostenderet maiorē humilitatem et sui
contemptū. Quia dicit Apostolus in epistola. Semetipsū
exinaniuit factus obediens usqꝫ ad mortem: propter quod
deus exaltauit illum. etc̄. Secundo quia pilatus scripturus
erat triumphali titulo rex iudeorum: uoluit primo per ipsos
iudeos proclamari. Tertio ut ostenderet se ueraciter deum
esse: qui corda hominum mutat quādo sibi placet: Quere-
bant ipsum interficere. et hodie quasi contra eorum dispo-
sitionem honorant honore precipuo et singulari. Quod de
nullo alio legitur quod factum fuit hodie saluatori nostro.
Turbe omnes gaudentes uenerunt sibi obuiam. Secundo
apostoli uestimenta sua sternebant super asinam et pullū:
quia super utrunqꝫ sedit. Tertio populi sternebāt uestimē-
ta in uia. Quarto ramos prescindebant et sternebant ī uia
Quinto qui preibant et qui sequebātur laudabant eum: q̄a
laus est sermo elucidans magnitudinem uirtutis secundū
Philosophum ꝑmo ethico. Sexto pueri cum aliis cātabāt:
O sanna filio Dauid. idest O fili ex promissione facta Da
uid natus. O sanna. idest salua obsecro. Cōmēdatur de di-
uinitate: cui competit saluare. Secundo de assumpta huma
nitate: q̄a filius Dauid. Tertio de dignitate: q̄a Rex israel:
directus a Deo pro nostra salute: omni benedictione reple
tus. Et nota ꝙ talis honor nunquam fuit alicui exhibitus.
Romani honorabant in triumpho duces uictoriosos quan
do redibant tripliciter. Primo uictori obuiabat populus
cum letitia. Secundo omnes captiui sequebantur currum
eius ligatis manibus retro. Tertio ipse uictor indutus tuni
ca Iouis sedebat in curru: quem trahebant quatuor equi al
bi: et ducebantur usque ad capitolium. Et ne de tāto hono-
re eleuaretur ī superbiam: triplicem molestiam sustinebat:
Prima: ponebatur cum eo in curru unus uilis conditionis

ad animandum omnes quantūcq; uiles ad pugnandum pro patria: ut acquirant triumphum. Secundo ille seruus dicebat illi triumphanti. Noſce te ipſum: et noli ſuperbire. Tertio omnes poterant illo die dicere quicquid uolebant. triumphanti nulla ultione ſequente. Vnde Ceſari fuerunt multe contumelie dicte in tali die impune. Quarto dico ꝙ uoluit Chriſtus tantum honorari: ad oſtendendum ꝙ non uenerat ad morté cum timore et occulte: ſed uenit cum gloria et aperte. Quia cóſecutus eſt illum honorem qui debetur uictorioſis uiris. Quinq; genera hominum ſpetialiter honorantur. Primo uictores: ut patet de Dauid redeunte de interfectione Golye: ubi cantabant mulieres. Saul ꝑcuſſit mille: Dauid decem milia. primo Regum decimo octauo cap. Secundo preſidentes: et rectores: imperatores: et reges. Sic adorauit Miphiboſeth Dauid Regem: ſecundo Regum. xviiii. Tertio honorantur ſacerdotes et medici Primi ut animarum: Secundi ut corporum curatores. De primo dicitur de utero. xvii. Qui non obedierit imperio ſacerdotis exterminabitur de plebe. De ſecundo Eccleſi. xxxi. Honora medicum propter neceſſitatem: Quarto honorantur pater et mater. Ioſeph patrem honorauit: eundo ſibi obuiam quando uenit ad eum in egyptum. Gen. xlvi. Quinto honorantur doctores ſcientia prediti: ut patet i Salomone: quem honorabant omnes gétes et reges propter ſuam ſapientiam. Tertio Regum. viiii. Vnde dicit Caſſiodorus. Dignum eſt. ut qui eſt ſcientia preditus ſibi reddatur honor. Exemplo diſcipulorum Pythagore: qui tantam reuerétiam habebant ad ipſum: ut eius uerbum haberent pro auctoritate. Si aliquis eſt in uno iſtorum: ſibi debetur honor. Si in duobus. tanto magis. Quid ſi aliquis eſſet in omnibus quinq;? Tantus honor ſibi deberetur: q̄tus omnibus ſimul. In Chriſto fuerunt omnia illa ſimul: igitur eſt dignus omni honore. Primo ipſe eſt uictor ualidiſſimus: Ipſe hoſtem infernalem ſuperauit: ut patet in euangelio prime dominice quadrageſime. Secundo imperatorem ſeculi ſe oſtédit i ſecūda dnica: trāſfiguratus i móté i gloria illa. Tertio fuit medicus aīarum et corporū liberādo hominé a demóio et ab ifirmitate ut patet i tertia dnica. Quarto

patré nostrum se esse demostrauit cibando et gubernando populum: ut patet in quarta dominica: Quito doctoré uerú se exhibuit q̃tum ad aie saluté uerbo et facto: ut ostédit euá geliú qnte dominice passiōis. Quare nó imerito datus est ei tantus honor: quátus alicui pót conferri. Et sic isto ma/ne facta est processio cū ramis oliuarú et palmis et cáticis: gloria laus et honor tibi sit Christe redeptor cú campanis et cum letitia introductus est Iesus in Ierusalem: Et sta/tim post letitiam hác ecclesia recitat passioné Christi i qua fit mentio de tristitia: qa ibi cú cantis et palmis: hic cú gla diis et fustibus: ad ostendendum q̃tum uana é gloria huius mundi: et q̃tum spernenda. Vt aút hanc uanitaté considere mus tria notabimus in isto euangelio.

Primum unde recedit ista processio.

Secundum per quam uiam transit ista congregatio.

Tertium ad quem terminum dirigitur eorum intentio.

Circa primú quia recedit de galilea: que rota iterpreta/tur: significat statú presentis uite: in qua non est stabilitas Ideo debemus recedere p amoré a delectatióibus uite pre/sentis: que breuis est: plena doloribus et angustiis: de qua dicit Innocentius. O uita fallax et umbratica plena laqueis multis. Núc gaudeo: statim tristor. Núc appareo felix: sta tim miser ero. Est uanitas i uita: que breuis est. Vanitas in rebus: que sunt i continuo motu: que amittuntur. In uolú tate nostra: que nó qetatur hic. In uoluptatibus quibus mo lestamur. In continuis temptationibus: quibus subicimur et nunquá qescimus. Non ergo i istis ponamus spem: sed a talibus recedendum est: quia perit memoria eorum cum sonitu. Secundo debemus trásire per bethaniam: que est domus obedientie obediendo mandatis dei. Si uis ad uitá ingredi: serua mádata. Obediédo mandatis ecclesie: ut uos disponatis ad confessionem. Confitemini alterutrum pec/cata uestra dicit Iacobus apostolus. Ad comunióem. Oés qui sunt sane mentis: et sciút discernere: et differentiam fa cere inter sacramentum et cibum corporalem: et sút etatis integre: ut completis duodecim annis in femina: et qua/tuordecim in masculo in comunione. In confessione auté sunt pueri inducédi: cum sciunt discernere. Qui negligút

obedire huic sancto ꝑcepto. Viuẽtes: eis ĩgressus ꝓhibea
tur ecclesie: et morientes ecclesiastica carea̅t sepultura: ut
habetur de peni. et re. cap. oĩs. Debẽt transire p bethage:
qui erat uiculus sacerdotũ: ubi quiescebantq; prope Ierusa/
lem per unum miliare. Et interpretabatur domus oris. Isto
tempore debemus orare: et deum laudare. Debemus tran/
sire per montem olīueti: ut diuinam misericordiam implo/
remus dicentes illud Psal. L. Miserere mei deus secundũ
magnam misericordiam tuam. Tertio debemus igredi pa/
triam celestem: sed per illas portas quas uiditq; Ioh. Apoca.
xxi. cap. Ab oriente ubi est pricipium uirtutis portas tres
.s. sapientie: prudentie: et intelligentie. Per has uirtutes p
uenimus ad uitam eternam. A meridie portas tres. Tẽpo/
re prosperitatis debemus esse humiles: misericordes: et iu/
sti. Ab aquilone portas tres. Scilicet patientes in aduersis
penitentes de peccatis nostris. Remittentes iniurias ab ini
micis illatas. Ab occidente quod est finis uite portas tres.
Prima est tedium uite. Tedet animam meam uite mee. Cõ
temptus mundi: et desiderium dei: dicentes cum apostolo:
Cupio dissolui ee esse cum Christo. Et singule porte erãt
ex margaritis ornate. Et porte ille nõ claudentur per diem
et non intrabit in illam aliquid coinquinatum: faciens abo
minationem et mendacium: nisi qui scripti sunt in libro ui
te agni. Apocalip. xxi. cap. Mundemus igitur conscientiã
nostram: ut ingredi ualeamus in sanctã Ierusalẽ supernã.
Vbi maneamus sine fine. Amen.

In cena Domini De corpore Christi
SERMO XXI.

h Oc facite quotienscunq; sũmitis in meam comme
moratione. Prima ad Corinth. undecimo cap.
Hodie considerans saluator noster quãta ꝓ nobis
in terris operatus fuerit: et que operaturus erat in proxi/
mo per passionem: propter immensam charitatem uoluit
memoriale suum nobis relinquere: et sacramentum passio
nem suam significans instituere corporis scilicet et sangui
nis sui sub specie panis et uini: quod i hac die post cenam

in monte syon factã euidéter perfecit. Quod declarat apo stolus: dicens hoc facite. etc. De quo tria uidenda sunt. Primo eius excellentiam. Secundo eius efficaciam. Tertio assummentis conscientiam.

Circa primũ est hoc sacramentũ excellentissimũ: et est admirabile: ut dicit Psal. Memoriã fecit mirabiliũ suorum misericors et miserator dominus, escã dedit timentibus se: Sunt in isto sacramento tria mirabilia propter que est excellentissimũ supra oia alia sacraméta. Prima admirabilis cóuersio: Panis i corpus Christi cóuertit᷑. Mutat᷑ substantia i substantiam. s. substãtia panis in substantiã corporis Christi. Hec mutatio fit potestate diuina que erat in Christo q hoc sacramẽtũ instituit: ut dicit Magister i. iiii. di. iiii. Et ut sciamus hoc nó esse deo ipossibile: cóuersioné posuit i potétia naturali. Homo p calore naturalé cóuertit carné aialis i carné suã: et pané et alia q̃ comedit. Sic faciũt cetera aialia: ut dicit Phũs secũdo de aia. Terra cóuersa est in carné in creatione hois potentia dei. Gen. pmo. cap. Vxor Loth conuersa est i statuã salis. Gen. viiii. Virga Moysi cóuersa est i serpenté. Exod. iii. Deus. n. creauit celũ et terrã et oia ex nihilo: quod maius est q̃ unam substãtiã in aliam conuertere. Nó est igit᷑ negandũ ꝙ Christus possit potentia sua ifinita substantiã panis conuertere i substantiã corporis sui. Vnde dicit Sãctus Basilius. Inuisibilis sacerdos. i. Deus uisibiles creaturas. s. panis et uini i substantiam corporis et sanguinis sui suo uerbo secreta potestate conuertit. Et nota ꝙ uerba cósecrationis a sacerdote ꝓlata nó habent uirtuté ratione sacerdotis dicentis illa: Sed ratione Christi instituentis. Et quando dicit missam debet represétare ꝑsonã Christi: Secundũ mirabile est: Quanq̃ in multis altaribus multe sunt hostie consecrate: et quelibet sit uerum corpus Christi: non multiplicat᷑ corpus Christi. sed unum est in oibus altaribus mũdi. Quia substantia corporis Christi ut substantia nó determinat᷑ loco: sed p quantitaté hét hitudiné ad locũ. Et sic róne q̃titatis poterit i tot altaribus esse simul: i quot dimésiones hostie iueniri possũt. Sicut una uox ab uno ore ꝓcedés simul est i diuersis auribus audiẽtiũ: ita unũ corpus Christi é simul i diuersis al

taribus. Tertiũ mirabile ẽ: ꝙ ĩ tã parua hostia totũ corpus Christi est ibi ex vi sacramẽti solũ ꝑ modũ sbẽ. et nõ ꝑ modũ q̃titatis. Totalitas sbẽ cõtinet̃ ĩ parua q̃titate: sicut tota natura aq̃ in parua aqua: et tota natura hois in paruo hoie. Et uidemus a simili: ꝙ pupilla oculi cũ sit ꝑua cõprehẽdit totũ mõtẽ magnũ. Et nota ꝙ sola sbã cõuertit̃ accidẽtibus remanẽtibus ĩ suo esse. Et sic dicẽte Maria ĩ incarnatione qnqȝ uerba. s. Fiat mihi secundum uerbũ tuũ: subito totus Christus cũ carne aia et deitate fuit ĩ uẽtre suo sic dicente sacerdote qnqȝ uerba cõsecratiõis. s. Hoc ẽ. n. corpus meũ totus Christus ĩ carne aia et deitate ẽ in sacramento: q̃a caro mea uere ẽ cibus: et sãguis meus uere ẽ potus. Secũdũ dicit̃ efficacia tãti sacramẽti: q̃a tria sũmunt̃ in sacramẽto: Caro: aia: et diuinitas. Caro unit sibi corpus tuũ: aia uolũtatẽ: diuinitas itellectũ. Quia dictũ est Augu. Cibus sum grãdiũ: cresce et mãducabis me. Nõ tu me mutabis in te: sicut cibum carnis tue: sed tu mutaberis ĩ me. Totus ergo comunicãs suscipit̃ suo modo a toto Christo suscepto. Dixi suo modo: q̃a corpus gloriosũ nõ cõuenit cum mortali. Sed si qua repit conuenientia: illud rapit: et rapiendo perficit. Si uero comunicat bonus et bene dispositus corpus Christi sacrum corpus nõ sacrum rapit in se: et perficit: et uirtutes comunicantis remanent roborate: et sic prestat uitam: sanitatem roborat: puritatem iducit. Idem facit anima: que accenditur ad feruorem: crescit in fide: spes reuouatur. Isti sunt effectus quos inducit in anima sacramentũ. Primo inflãmat cõsciam ad meditãdũ diuina benefitia ꝙ sicut dedit populo mãna ĩ deserto: ut dicit̃ exo. xvi. sic dat nobis panẽ de celo uerũ. Secundo roborat ut Helyas ambulauit ĩ fortitudine cibi illius usqȝ ad mõtem dei. Tertio cõfortat sicut cõfortatus fuit Abraã de ꝑlio ueniẽs: cui optulit Melchisedech panẽ et uinũ. Ge. xiiii. Sic christus sub spẽbus panis et uini istituit hoc sacramẽtũ: de quo dicit̃ ĩ Psal. Tu es sacerdos ĩ eternũ secũdũ ordinẽ Melchisedech. Et sic hoc sacramẽtũ uitã munit: fomitẽ purgat: uitã eternã sũmenti cõcedit. Tertiũ est assũmentis cõsciẽtia: dũ considerat hoc sacramẽtũ esse redẽptiõis nostre memoriale dulcissimũ: pignus eterne hereditatis: future iocũditatis

amabile premium: arra sponse: iocale diuinum. Quid eim dulcius esse potest q̄ habere personaliter dominum Iesum Christum: Et propter hoc transcendit alia sacramenta. Primo debet preparari consciētia incipientis reuerti ad deum Et probet se ipsum si est in peccato: et doleat: et confiteatur saltem peccata mortalia: paratus subire penitetiam: et satisfacere. Probet si habet uoluntatem uitandi peccata: seruiendi deo. Et si ad hoc facit diligētiam suam pro oportunitate loci temporis et uirium. Et si in istis defecerit: non est paratus. Et si est cōfessus diligenter. Et quādo est ante sacerdotem ut recipiat comunionem: recordatur se aliquod mortale commisisse: de quo nō fuit confessus: si surgeret: proximos scandalizaret: si comunionem recipit: in peccato se comunicat. Quid est facturus? Dicitur de intentione Scoti ꝙ doleat de peccato: cum proposito q̄ citius potest cōfitendi et comunionem recipiat: ne alii scandalizentur. Quia ꝑ contritionem remittitur peccatum quo ad deum. Probet si de proximo fuit i aliquo graui peccato. De quo licet doleat non tamen affectus est bene purgatus. Secundo dico se debet disponere qui est proficiens: ut tota uita sua sit preparatio ad susceptionem tante rei mortificando uitia: fugiēdo uanitates: exercendo se in uirtutibus et meditationibus: se se excitando ad desiderium supernorum: se commēdando sancte matri ecclesie: de Dei misericordia confisus. Tertio probent se perfecti: qui pro uehementi desiderio quod habent ad Christum non possunt substinere eius absentiam. Et quia non possunt eum reuelata facie contemplari in gloria: saltem pro consolatione sua uolūt eo modo quo possūt eius presentia frui in sacramento. Sicut dicitur de domino Bonauentura Cardinali: qui dum esset in choro et magna deuotione expectaret comunionem: corpus Christi euolauit de patena sacerdotis usque ad eius os. Et sic comunionem miraculose accepit. Tales aspirant ad amplexus: uidere cupiunt: et sperimentaliter gustare ꝙ suauis est dominus: ut in dulcore suauitatis ambulēt usq; ad montē dei .s. beatitudinem sempiternā. Ad quā consequendā ꝓ uiatico datū est corpus domini nostri Iesu Christi: qui uiuit et regnat ꝑ ifinita secula. Amen.

In Resurrectione Domini.
SERMO XXII.

m ARIA Magdalene Maria Iacobi et Salome emerunt aromata: ut ueniétes ungerét Iesum Marci. xvi: cap. in euangelio presentis solénitatis. Hodie dilectissimi in Christo Iesu refulsit nobis dies redéptionis nostre: reparatióis antique: felicitatis eterne. Hec é dies quam fecit dominus: excelsior cunctis: dulcior uniuersis: in quo dominus resurrexit in quo singulorum métes gaudio et exultatióe pfudit. Est. n. resurrectio Christi defunctis uita: peccatoribus uenia: sáctis gloria. Hec dies letificat iustos. Firmat dubios. dánat icredulos. Hec dies in qua pasca nostrum imolatus est Christus. Quod é regnum celorú. Salus múdi. Occasus inferni. Gloria supernorum. Vita credentiú. Resurrectio mortuorum. Testimonium miserationis diuine. Pretium redéptionis humane. Contritio mortis abolite. Hodie sácte mulieres cum deuotione uenerunt ad monumentú: q̃rentes ungere corpus Iesu. Sed non iuenerút mortuú: Sed uiderút iuuené sedétem: q dixit eis. Scio ꝙ Iesum queritis crucifixum. Surrexit: nó est hic. Per istas tres mulieres notant̃ in uno quoq; homine tria istrumenta qbus debet seq Christum familiariter: et quadá deuotione ipsum uelle ungere ungneto pretioso. Primum est mens. Secundú ligua. Tertiú est manus. Quodlibet. n. istorú trium debet ualde mane surgere et unguenta pretiosa preparare: et si bene preparabit inueniet Christum resuscitatú in aia sua p grám. Primo debet mens nostra sua preparare unguenta. Mentis unguenta quibus ungitur Iesus: sunt: Contritio: compassio: deuotio. Vnguétum contritionis cóficit̃ ex herbis uilissimis que cito inueniunt̃: qa sunt in horto nostro. Hec é cogitatio peccatorum suorú cú dolore et displicétia: ut dicit Ysay. xxxviii. Rex Ezechias húit doloré de peccatis: et dixit. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aie mee. Vnguentú compassióis conficit̃ ex herbis amaris. i. ex miseriis pximorum: que crescunt i horto nostri uicini. Cópatiendum est pximis tribulatis: uerbo consoládo: ope subueniendo: et adiuuádo q̃tum possumus: p opera misericordie exéplo Thobie: cui dictum é ab Angelo Raphaele: quádo

Mens lingu[a]
op[er]e

Mentis ungueta o[ratio] c[ontritio] compassio

orabas cum lachrymis: et sepeliebas mortuos: et relinque bas prandium: ego optuli orationé tuam domino. Vnguen tū deuotionis conficit ex spetiebus pretiosis. s. benefitiis a deo habitis: que crescūt i horto celesti. Hanc deuotióem ad dominum habuit Psal. dicens. Quid enim mihi est i ce lo. s. quod me satiet? quid a te uolui super terrā? quasi dicat nihil. Defecit cor mém et caro mea: deus cordis mei pars mea est in eternum. Sic Magdalena non contentabatur ui dere Angelos: sed dicebat. Tulerunt dominū meum: et ne scio ubi posuerunt eum. Ioh. xx. cap. Secundum unguen tum quod parauit Maria Iacobi: sunt unguenta ligue: que sunt oratio deuota: que conficitur firma et recta intentióe ad dominum: ut dicit Psal. Dirigatur oratio mea sicut in- censum i conspectu tuo: mentis inflammatione. Quia ora tio mentis est non labiorum: nec uocem deprecantis deus intendit: sed orantis cor aspicit. Est eius unguentum ordi- nata confessio: que conficitur ex pudore commissi: ex dolo re boni perditi per peccatum: ex timore iudicii. Tertia mu lier Salome preparauit unguentum manus: que sunt ope ra uirtuosa misericordie et pietatis. Necessaria sunt opera bona: quia dicit magister. Mathe. vi. qui fecerit et docuerit Oportet primo opa bona facere: et postea illa docere. His ergo modis ungitur corpus Iesu: ut suauius ualeat retine- ri. Sic retinent omnes illi qui hodie sanctam comunionem acceperunt. Et ualde mane. i. tépore inuétutis: uel eo tem- pore quo homo icipit peccata relinquere. Veniūt ad monu- mentum. i. ad considerandum propriā uolūtatem que effe- eta est Christi sepulchrum: i qua Christi corpus p amoré suauiter requescit. Orto iam sole. qa deus aie lumé gratie in fundit: ut seipsam cognoscat. Vnde Psal. Dominus illumi natio mea et salus mea quem timebo. Et qa peccatū quādā duritiam ponit i anima et pronitatem ad malum: quam nō potest remouere nisi deus: quia magnus lapis est obstina- tio i malo. Vnde dicit. Et dicebant ad inuicem. Quis reuol uet nobis lapidem. Erat quippe magnus ualde. Deus auté secreto modo tangit itima cordis: et duritiam remouet. Et hoc quia concedit quandam lucem: quam petebat Psalm. Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte:

que lux induc it in anima securitatem. Hic est Angelus cohopertus stola candida qui dixit nolite expauescere: quia quãuis mens humana secundum deum uiuat: nescit utrum amore uel odio dignus sit: cũ plures uideat reuerti ad malum. Et bene talis iuuenis sedit in dextris. Quia talis illuminatio a Deo procedit. Deinde dicit: Iesum queritis. Mens taliter illuminata et deuota solũ Iesum querit. Quid queris anima? Iesum queritis. Dicit angelus. Querit anima salutem: Quia querit saluatorem. Non est hic. Salus nostra. Quid queris? Nazarenum: floridum animas decorantem. Non est hic. Sed in gloria decoraberis uisione et fruitione diuina. Quid queris. Crucifixum. Amorem im mensum qui ipsum cruci affixit. Non est hic. Vbi ergo ẽ. Surrexit idest sursum se erexit: in sublimibus celorum: ubi amor nunquam extinguitur. Precedet uos in galileã. In exitu uite presẽtis: que per galileam significatur. Vos precedet: idest ipsum ante cõscientiam uestram ponetis in puncto mortis. In cuius manibus cõmendabitis spiritum uestrum. Sicut dixit nobis in sermone in cena facto: sicut Iohannes euãgelista testatur capitulo decimo sexto. Iterũ uidebo uos: Et gaudebit cor uestrum: et gaudium uestrum nemo tollet a uobis. Queramus igitur Christum resuscitatum cum mulieribus ualde mane: quia Christus surrexit in aurora ut dicit Beatus Augustinus in quarto de trinitate. capitulo decimo sexto: In die dominica: quando aer incipit clarescere. Mortuus est uigesimoquinto martii: Resurrexit uigesimo septimo martii secundum Augustinum patrem nostrum. Hac die fuit conditus mundus. Lex data et per resurrectionem reintegrata. Stupefacte sunt mulieres uiso Angelo. Sic plena sunt stupore que facta sunt in resurrectione. Primum fuit terremotus non more solito: sed inconsuetus. Secundũ. sepulchro remanẽte clauso et sigillato Christi apparitio. Tertium custodum prostratio qa facti sũt uelut mortui. Quartũ corporis christi prius lacerati reintegratio. Quintũ subita trãsitio ad incorruptionẽ. Sextum: sãguinis christi prius effusi recollectio: Et sepulchro clauso in corpus intromissio: Septimum corpus fuit dotibus gloriosis predotatum scilicet claritate:

subtilitate: impassibilitate: agilitate. Quibus cōsideratis dixit Angelus mulieribus. Nolite expauescere qa talia non sunt humana sed diuina uirtute opata. Tripliciter apparuit Christus resuscitatus. Primo matri: ut credit: quam prius debuit consolari. Sed forte ita mirabili modo: q̄ nō potuit bene describi. Et forte in camera sibi dixit. Regina celi letare: qa surrexi. Et amplexatus ē eam dicens: Mater dulcissima. hodie te facio matrem misericordie: apostolorū et totius ecclesie: matrem iustorū: reginā angelorū: aduocatā omniū peccatorum. Et sicut sola fuisti: que fidem mee resurrectionis tenuisti. Ita sola es sup omnes creaturas exaltata. Et sic apparuit aliis mulieribus: ut suā resurrectiōem cum gaudio celebrarent. Ad quod gaudium nos pducat: q est benedictus i secula. Amen

De Annuntiatione Virginis

SERMO XXIII

a Ve gratia plena dominus tecum: Luc. p̄mo cap. in euāgelio presentis solēnitatis. Tanta ē amplitudo et imensitas gloriose Virginis Marie gratie et glorie eiusdem: ut nec ligua fari: nec itellectus excogitare possit. Vnde Hieronymus in sermone de assumptione ait. Ex quo timeo satis et ualde ptimesco: dū uestris cupio parere profectibus: ne forte sicut iprobus: ita et idignus laudator inueniar: qa qcqd humanis uerbis pōt dici: minus est ad laudem dei genitricis: qa diuinis et angelicis est excellētius predicata et laudata preconiis: A prophetis prenuntiata. A patriarcis figuris enigmaticis premostrata: Ab euangelistis exhibita et mostrata: Ab angelo uenerabiliter salutata. Si ergo tātus doctor se reputatur idignus ad eius laudes exprimendas: qd nos peccatores ignorantes dicere de tanto mysterio presumemus? Sed non pp hoc retrocedere debemus: qn aliqd iuxta paruitatem nostri ingenii de tam excellenti misterio uestris caritatibus referamus: assūmentes uerba Archangeli gabrielis pro nostro principio dicētis. Aue grā plena: dominus tecum. In qbus tria de ram excellenti mysterio contemplabimur.

Primo uidebimus Viginis isolitā salutationem. Aue.
Secūdo uidebimus Virginis altā sublimationē. grā plena
Tertio uidebimus Virgis cū deo unionē: ibi dominus tecū.

Quantum ad primum duo uidéda sunt. Primum an beata uirgo anteq̄ fuerit tali salutatione salutata. Secundū an cū reuerentia talem salutationem fecerit angelus. Ad primū dicit͛ q̄ ista salutatio fuit insolita pp nouā angeli apparitionem: qa apparuit angelus i forma hoīs: et cum ingēti lumine secundū Bernardū. Et Augu. i sermone. Venit ad me Angelus facie rutilans: ueste corruscās. Fuit ergo insolita pp nouū modū apparendi: qa nulli alteri i tali forma apparuit. Ambrosius dicit q̄ fuit insolita pp nouam annūtiationem et benedictioné. Sciebat Maria q̄ i lege sterilis et uirgo nō benedicebat͛. Quia beatus q̄ habebit semen i syon. Vnde quādo audiuit ab angelo. Benedicta tu i mulieribus: nouā benedictiōem audiuit: nulli unq̄ uirgini factā. Non fuit igit͛ insolita rōne angeli apparentis: qa ad hoc cōsueta erat. Sed fuit isolita pp nouā nuntiatā benedictionē: ita q̄ fuit nouus modus salutandi: quem Angelus nunq̄ fecerat alicui. Ad secundū dicit͛ q̄ nō legit͛ angelū alicui reuerētiam fecisse anteq̄ uirginé salutaret: qa Angelus maior est homine quo ad tria. Primo dignitate: qa nature spūalis. Secundo familiaritate: qa dei familiarior assistens ei. Tertio i gratie ubertate: qa angelus magis participat gratie ubertatem a lumine diuine gratie: Et ideo semp apparet cū lumie et splendore. Sed statim uirgine nata inuentū est i natura humana q̄ in his tribus excessit oēs angelos beata uirgo. Primo i dignitate: qa electa fuit: ut esset mater dei: et domina angelorū. Ideo Maria iterpretat͛ domina. Cantat ecclesia. Aue regina celorū: aue domina angelorum. Et sic congruum fuit ut eam angelus cū sūma reuerentia salutaret sicut suā dominā. Secūdo fuit familiarior cū deo q̄ angelus Ideo dixit: Nō mireris si cū reuerentia te saluto: qa dominus est tecum aliter q̄ mecū. Tecū sicut filius cū matre sua Mecum sicut dominus cū seruo. Excessit angelos i gratie ubertate: quia plena gratia: angelus nō plenus. Meruit ergo reuerentiā ab angelo. Si ergo angelus eā cū reuerētia salutauit: et nos debemus omni die eam salutare. Primo ut sequamur angeli exemplū: q̄ ad hoc nos iducit. Inducit͛ tripudium Iohānis i utero matris. Quia quod ligua nō poterat: aīo exultando salutat. Inducit sua dignitas: qa est regina celi. Igitur adorāda et ueneranda. Psalm. Astitit regi

Augustinꝰ

na a dextris tuis. Inducit cōplacentiam eiusdem uirginis: q̄a multū sibi placet quādo audit illam ambassiatā: qua facta ē mater dei et regina paradisi. Inducit uitationē igratitudinis. qa si tot benefitia p ipsam recipimus: debemus ipsā uenerari. Bernardus. Altius ituemini q̄to deuotiōis affectu a nobis uoluerit honorari q totius boni plenitudinē posuit i Maria. Per eā demones effugant̄. Legit̄ de quodam milite: q oēs trāseuntes spoliabat: ob cuius culpā diabolus potestatē hēbat eū strangulādi ea die i qua nō salutabat uirginē: Et nunq̄ potuit: qa ipsam salutatiōem nunq̄ dimisit. Tandē uir sactus p illū captus et spoliatus manifestauit caniparīū suū diabolū esse: q ad ipsū strangulandū uenerat: nec potuit pp salutatiōem angelicā: quā deuote oi mane ad imaginem Virginis dicebat. Vnde miles uitā emēdauit: et diabolus p sāctū uirū effugatus est. Salutemus ergo omi die beatā Virginem. Et hoc de p̄mo. Secūdo Virginis sublimitas est plenitudo gratie. Vnde fuit plena triplici gratia .s. corporali spūali et singulari. Prima gratia fuit corporalis uirginitas i carne: q̄ maximus thesaurus est. Sapie. iiii O q̄ pulchra est casta generatio: o q̄ ieffabilis est ipsa castitas uirginalis. Placet deo: q de uirgine nasci uoluit. Virgines secunt̄ agnū. Placet angelis: qa semp est angelis cognata uirginitas. Dicit Hieronymus. Et sic angeli honorauerunt uirgines: agnetem i ueste: ceciliā in corona: agathā in tabula marmorea: catherinā in sepultura. Placuit igitur Maria altissimo: qa uirgo ante partū: uirgo i partu: uirgo post partū: uirgo mente et corpore: uirgo uirginū: magna fuit gratia corporalis. Secunda gratia spūalis quā habuit fuit abundantia uirtutū. Habuit uirtutes itellectuales: morales: et cardinales: et theologicas. Hieronymus sup illo uerbo canticorū quarto. Ortus cōclusus: soror mea: spōsa Vere hortus cōclusus: i quo cōsita sunt uniuersa florū genera et odoramenta uirtutum. In ea nō defuit fides patriarcharum: spūs prophetarū: zelus apostolorū: cōstātia martyrum: sobrietas confessorū: castitas uirginū: puritas angelorum. Tertia gratia est singularis: qa non solum habuit gratiam pro se: sed etiam pro omnibus nobis tertia gratia est in ea singularis: qa gratia plena. Et nota q̄ ē triplex plenitudo. Prima est effluxiua nō receptiua. Ista est i deo q dat

gratiam et nõ recipit ab aliquo. Psalm. Gratiam et gloriã dabit dominus. Isto modo nulla creatura potest dare: nec Christus inquantũ homo: ut ponit Magister sentẽtiarum in tertio. Secunda plenitudo gratie est in Christo secundũ humanitatem: cui infusa fuit gratia a prĩripio sue concep/tionis sine mensura. Plenum uidimus uerbum incarnatũ gratie et ueritatis. Ioh. primo: Fuit plenus gratie: quia ille homo habuit omnia per gratiam: que deus habuit per naturam. Hec fuit gratia uniouis. Tertia gratia est receptiua. cum mensura tamen: et effluxiua: que est quidam habitus mentis deo gratam creaturam faciens: et omnia opera que ab ea procedunt meritoria sunt uita eterna digna. Ad Ro. vi. Gratia dei uita eterna. Sola autẽ uirgo Maria plena gratia fuit inter puras creaturas: quia maiorẽ gratiam habere non potuit. Maior gratia in ea ĩtelligi non potest q̃ ꝙ esset mater dei. Hieronymus Quod natura non habuit: usus nesciuit: ignorauit ratio: mens non capit humana: pauet celũ stupet terra: omnis creatura etiam celestis miratur: cum dicit: Gratia plena. idest per Christum impletur carnẽ de ea assũmẽtẽ. Et hoc de secũdo. Tertio uidẽdũ est uirginis cũ deo unionẽ: q̃ ẽ excellẽtia glorie: q̃ ostẽdit̃ cũ dicit̃: dñs tecũ. Per dominũ ĩtelligit̃ dominũ p anthonomasiã. Sed q̱a opa trinitatis sũt ĩdiuisa ab extra: seq̃t̃ ꝙ deus pater: deus filius: et deus spũs scũs ẽ cũ uirgine. Primo deus pater ẽ singulariter cũ uirgine p sui filii ĩsepabilẽ sbãm: cũ filius sit eiusdẽ nature cũ patre. Vnde si filius erat cũ uirgine: et pater similiter: q̱a in eodẽ filio ĩ quo beata uirgo erat ut mater: ĩ eodẽ erat pater ut pater. Dicit ergo angelus. Dñs tecum. s. pater q̱a ẽ pater tui filii eternaliter: cuius tu nũc scã es mater tẽporaliter. Sed qualiter illa caro in utero uirginis formata et aiata ac filio dei copulata fuerit ut ipsa uirgo esset mater illius: cuius celestis pater ẽ pater. natura nõ hũit: usus nesciuit: ignorauit rõ: mẽs nõ capit hũana secũdũ Hieronimũ. Secũdo dñs ẽ tecũ: sicut filius cũ sua matre: q̱a dei filius accepit de uirgine q̱cq̱d uerus filius debet hẽre a uera matre: q̱a carnẽ aiatã aia rõali cũ oibus suis naturalibus ꝑprietatibus. Et sic ipse fuit cũ matre p̃mo cũ reuerẽtia et subiectiõe: q̱a erat subditus illi. Luc. ii. Similiter spũs scũs fuit cũ ea ĩ mẽte p scificationẽ: ĩ uẽtre p ꝑlis

formatiōem. Maria materiā administrauit: Sed uirtus illa qua formatū est corpus illud fuit uirtus spūs sancti. Vnde Damascenus dicit: ꝙ spūs sanctus i formatione corporis Christi fuit diuinū semen. Propter hoc dicit̄: Qui conceptus est de spū sancto. Fuit cū eo p donorū diffusionē: qa uita Beate Marie oibus ē disciplina. De ea dicit Ambrosius Ipsa corde humilis: uerbis grauis: aīo prudens: loq̄ndi parcior: legēdi studiosior: intenta operi: uerecūda sermoni: uexillum fidei: deuotionis obsequium: uirgo intra domū: ad pium mysteriū comes: mater ad templū. Omnia uirtutum opa beata uirgo in se cōplexa est. Et sicut fuit cū beata uirgine i utero et extra uterum: sic dignetur esse nobiscū per gratiā hic et i futuro p gloriam. Amen.

De licentia capienda in octaua pasce

SERMO XXIIII

P Ax uobis. Ioh. xx. cap. et in euangelio hodierno. Ego habeo dilectissimi filii cōpromissum cōcludēdi triplicem pacem: et hodie spirat tempus laudādi et sententiā proferendi. Quare corā uobis decreui i his que potero dare hāc sententiā: ut sitis testes mei arbitratus. Et sic dominus i euangelio ter pacē annūtiauit apostolis ad ostēdendum ꝙ ista triplex pax est nobis necessaria. Propterea hodie stans i medio discipulorū suorum dixit: Pax uobis.

Prima pax dicitur superior cum Deo.

Secunda pax est interior cum anima.

Tertia pax est exterior cum proximo.

Prima pax dei cū homine est: ut dicit Augu. xviiii. lib. de ciuitate dei: Est ordinata i fide sub eterna lege obediētia Hanc pacem cū deo pquirere debemus: cū sit pax secūdū Augu. in libro de uerbis domini: Serenitas mentis: tranquillitas animi: simplicitas cordis: uinculū amoris: consortium charitatis. Pax. n. dei exupat oēm sensum: Vt autem ipsam hēatis: tria iudico uobis esse necessaria. Primum ut peccata ex corde expellamus. Non pōt pacem habere cū deo qui male uiuit: q habet cōscientiā malam: q est rapinis et furtis et aliis uitiis implicatus: q libidine et luxuria ardet: q ambitione et supbia tanq̄ inextinguibili siti uexat̄. Ysay. xxxxviii. cap. Nō. n. est pax impiis. Est. n. aīa capax dei sed ipsum non potest retinere: nisi se disponat: uitia re

mouendo: et tunc locum deo preparat. Ideo templum Salo
monis tépore pacis factú est. iii. Reg. v. Quia aia deo paci
ficata é dei templú. Vnde pma ad Cor. Vltimo dicit: pacé
habete: et deus pacis erit uobiscú. Quid. n. melius potest
excogitari q̃ deum i corde hois habitare ac reqescere? profe
cto nihil. Ego filii mei hodie do hanc sententiá: q quis sitis
in peccato mortali: pacé faciatis cú deo. De peccatis dolea/
tis: cú magna humilitate confiteamini: et penitentiá facia/
tis: et sic cú deo facietis pacem: et gratiá suá dabit: et i fine
gloriam sempiterná. Psal. Rogate q̃ ad pacé sunt. Et alibi.
Pax multa diligétibus legé tuá. Deus libenter pacé largit
petentibus eá: hanc de celo ueniens portauit. Luc. ii. Glo/
ria i altissimis deo: et i terra pax. Hác docuit i múdo predi
cando. Psal. Loquebar pacé de te. Hác imprimebat cordi
bus hominú dicens Math. Habete pacé inter uos. Hác op
tulit i resurrectione dicens: Pax uobis. Hác reliquit i sua
ascensione. Ioh. xiiii. Pacem relinquo uobis. Hanc reqrit
in pectoris conscientia. Psal. In pace factus est locus eius
Hanc confert peccatori: ipsú iustificando: et sibi suam gra
tiam conferendo. Inqrite igitur hanc pacem. Secundo si
pacem cú deo uultis habere: oportet ut uolútatem uestram
sue similiter cóformetis dicentes: Fiat uoluntas tua. Et ali
bi. Que placita sunt ei facio semper: Et Iob. viiii. Qui resi
stit ei: et pacem habuit? quasi dicat: nullus. Hec aút cófor
mitas non tantum uerbo: sed facto et opere. Qui predicat
pacé: debet seruare pacem. iii. q. vi. ca. Hec quippe. Et nó
omnis q dicit pax uobis é audiendus quasi colúba. ii. q. vii
cap. Non ois. Nó simulatione: sicut fuit pax Iude q obscu
lo tradidit Christum. Vnde Psal. Loquntur pacem cú pro
ximo suo: mala autem i cordibus suis. Et Iere. xii. Ná ore
suo pacem cum amico loqtur: et occulte ponit ei insidias.
Sicut dicitur. ii. Regum. xx. Dixit Ioab ad Amasam: Sal
ue frater: et tenens eum manu gladio trasfodit eum: et effu
dit intestina eius. Non inqnatione ad malum. Sicut fures
qui concordant i malo: Voluntas dei bona bene placens et
perfecta conformitatem requirit i bono. O uxores que con
sentitis uiris in bestialitatibus: ut in pace uiuatis. O filii q
in sceleribus obeditis: ut pacem seruetis in malo. Non est
pax bona: Igitur non seruanda. Obedire oportet deo ma/

gis q̃ hominibus. Tertio ut uirtutes amplectamini theolo/
gicas et morales qa talibus dat̃ in premium beatitudo: ubi
pax sũma est atq3 pfecta. Secũda pax dicitur interior: ubi
nota ꝙ tria sunt necessaria ei qui talem pacem uult secum
habere. Primo ut sensum rõni subiciat nõ ut pagani q uo/
uoluptate ꝓ ratione utũtur. Sed ut dicit Apostolus: Casti/
go corpus meũ: et i seruituté redigo. Secundo ut boná uo
luntatem custodiat. Luc. ii. In terra pax hominibus bone
uoluntatis. Tertio ut in oibus uiriliter agat. Psal. Viriliter
age: confortet̃ cor tuum. Debetis p uiam uirtutis uiriliter
incedere. Et licet uia uirtutis sit i pricipio difficilis: é tamé
in fine facilis ex cõsuetudine: ut patet i Magdalena et aliis
multis q cum difficultate abstinuerũt a malis: tamen postq̃
per abstinétiam et alia opera uirtuosa ceperũt bene agere:
in bono pseuerantes habitus malos extinxerũt. De qbus
dicit Iob. xxii. Acqesce ergo ei et habeto pacem: et p hec
habebis fructus optimos. Tertia pax exterior cum ꝓximo
que est iter uirum et uxorem: iter patrem et filium: iter do/
minum et seruum. Istam iter istos credo concludere. Sed
sunt alia duo genera ualde difficilia: que sunt iter socrum
et nurum: inter filiastrum et matrignam: siue nouercam et
priuignos. Hec duo difficilia si non potero concludere: di
mittam i eodem statu i quo iueni. Circa uxores circa uiros
et econtra ut pax seruetur: tria debetis habere. Primo mu/
tuam dilectionem: Quia dicit Apostolus. Viri diligite uxo
res uestras. sicut Christus dilexit ecclesiam. Debet alter
mortem sustinere pro altero: si opus est. Secundo fidelita/
tem matrimonii. Quia mulier potestatem sui corporis nõ
habet sed uir. et econtra. Et dicit Ambrosius: ꝙ qui adulte
rium committit: simul committit furtum: cum rapit alienũ.
Tertio subuentionem: ut uir uxorem nutriat: uestiat: regat
ut sotiam: nõ ut seruam: non ut filiam: Sed ut sotiam quia
de latere educta: non de pedibus: aut de capite. Vxor uirũ
tanquam suum precipuũ teneat: nec alium appetat uel de
sideret. Secundo debent filii patrem et matrem amore pre
cipuo diligere et paternali beniuolentia: ut dicit Basilius.
Parentes nostros ut propria uiscera diligamus. Secundo
eis honorem et reuerétiam exhibere. Honora patrem tuũ

et matrem tuam. Tertio eis debent obedientiam. ad Ephe sexto. Filii obedite parentibus uestris in domo. Hoc enim iustum est. Quarto debent eis beneficentiam: ut eos sub/stentent quemadmodum sustentati fuerunt ab illis in pue/ritia. Ecclesiast. septimo. Honora patrem tuum: et gemitus matris tue ne obliuiscaris: et retribue illis: quomodo et illi tibi. Tertio iudico pacem in domo seruandam et in ciuitate cum istis pactis: ut sit inter uos compassio dulcis: patiens congratulatio: supportatio benigna: locutio honesta: uene ratio debita: conuersatio pacifica. Vt dicitur prouerb. In tribus beneplacitum est spiritui meo: que sunt probata coram Deo et hominibus. Concordia fratrum. Amor pro ximorum. Et uir et mulier inter se bene consentientes. Si hanc pacem seruaueritis: accumulabitis multa bona. Vbi pax: ibi bonum. Bona conseruabuntur: Quia pax omnia conseruat: Pax ciuitatem uiuificat: quia dat uitam quietam et tranquillam. Prouerbio. undecimo. Vbi non est guber/nator: populus corruet. Concordia parue res crescunt. Si uis uitam: inquire pacem: et prosequere eam. Tales dicun tur filii dei. Mathe. quinto. Beati pacifici: quoniam filii dei uocabuntur. Qui hic pacem habet: sintillam aliquam feli/citatis eterne icipit degustare. Hanc igitur pacem arbitra/tus sum concludere inter uos: quam dominus noster disci pulis clausis: timoratis: congregatis in unum ita charitati/ue annũtiauit dicens: Pax uobis. Si autem socrus nurum tanquam filiam existimaret: cum effecta sit cum filio una caro: Et nurus socrum tanquam matrem per eandem ratio nem: et teneat locum filie: et faciat que ad filiam pertinent erga matrem: Pax erit inter illas. Sin autem: continua di/scordia. Sic dico de nouerca siue matrigna: filios uiri dili/gat ut suos: et tãq̃ proprios filios nutriat: edoceat: moneat et castiget. Pax conseruabitur inter nos: quam magister noster tantum commendauit in recessu suo de mundo. Io. quintodecimo. Pacem relinquo uobis: pacem meam do uo bis: non quomodo mundus dat. sed pacem celestem et bea/tificam. Sic ego uolens in recessu meo a uobis filii in chri sto charissimi pacem relinquere: et cum pace a uobis disce dere quattuor sum facturus.

Primo cōmendationem.
Secundo excusationem.
Tertio gratiarum actionem.
Quarto benedictionem.

Primo comēdationē. Cōmendo ecclesias: fratres: conuentus: hospitalia. Secundo rēpublicam: uiduas: et pupillos: et bona comunitatis. etc. Circa secundū: Feci ī loco isto tot predicationes: ī quibus multa dixi īcrepādo: amonēdo: exhortādo ad honorē dei et uestrā utilitatē: cognosco me ignorantem et aptum ad posse errare: maxime ligua. Quapp cōfiteor et integre et toto corde fidem christianā et sāctorum dicta: nec intendo aliqd dixisse contra determinationem ecclesie: et si aliqd lapsu lingue dixerim: capso: anullo: habeo pro non dicto. Si alicui malum exemplū dedi: dico meam culpam: et peto ueniā: Si aūt aliqs contra honorē meū aliqd dixerit: ita deus parcat illi ī celis: sicut ego ī terris. Tertio reddo uniuersis gratiarū actiones: pricipaliter deo oipotenti: et eius beatissime matri: qui liguam meā direxerunt in exclamādo docēdo uiā salutis aiarum uestrarū. Secūdo pricipalibus dominis loci: q sollicite et deuote dignati sunt me paupculū uisitare: patribus meis doctoribus: et ceteris sapiētibus et claris uiris: et matribus meis: q̄ mihi cibū et alia bona cōtribuerūt: qbus Deus retribuat uitam eternā: et sic uniuersis cuiuscunq; conditionis existant: quos ī uerbo dei genui tanquā filios gratias habeo ifinitas: et omnibus debitor sum. Hortor filii mei ī bono quod didicistis pseuerate. Ex beniuolentia erga me habita non possum sine cordis dolore a uobis licentiam petere: ante fluunt lachryme q̄ possim uerba proferre: Et si corpore discedam nō tamen corde: Quia quos charitas iungit: terrarum lōgitudo non sepat: dicit Hieronymus. Spero tamē iterum redire ad uos. Interim meis paruis oratiōibus participes uos facio. Quarto quia ego peccator indignus sum benedicere tantū popolum: oro ut deus ponat super hāc manum suam benedictionem. Benedicamini ex parte dei patris et filii et spiritus sācti: et ex parte gloriosissime uirginis Marie et totius celestis curie paradisi. Benedicatur anima uestra: corpus uestrū: filii uestri: domus uestre: possessiones uestre: et oia bona uestra conseruentur ī salutem aiarum uestrarum hic

p gratiã: et ĩ futuro per gloriam.

In prima die rogationum

SERMO XXV.

p Etite et accipietis. Luc. xi. cap. Dies isti fratres charissimi q dicuntur rogationes: celebres sunt ĩ ecclesia sancta dei: In ieiuniis: et orationibus: et letaniis: et singulis annis isto tempore celebrant᷑. Vbi debet populus cũ deuotione conuenire: p uiam deuotissime ĩcedere: et deũ et sanctos humiliter supplicare: ut itentionẽ ecclesie digne tur exaudire: que hodie cantãdo cum deuotiõe ĩcedit prop/ter tres rõnes. uidelicet.

Primo propter patrum antiquorum ĩstitutionem.

Secundo propter fructus conseruationem.

Tertio propter discordantium reconciliationem.

Primo fit ista processio hodie pp ĩstitutionẽ patrum. Legitur ĩ historiis antiqs ꝙ Vienne tẽpore beati Mamotti epi tres tribulatiões magne fuerunt. Prima multi terremotus: quibus magna edificia ceciderunt. Secũda ignis de celo q regale palatium cõbussit. Tertia crudeles bestie .s. lupi et apri q hoies deuorabant. Attendẽs aũt epus predictus ad ista tria triduanum induxit ieiuniũ cum letaniis et aliis de uotionibus. Et ita pp preces deuotas hominũ et mulierum cessauit tribulatio talis. Postea uero Liberius papa ĩstituit ꝙ fieret huiusmodi deuotio uniuersaliter ĩ ecclesia dei. Et ita debẽt hoies et mulieres cũ deuotione et timore ad istas pcessiones ire; q̃ fiũt ad tribulatiões repellẽdas. Secũdo fit pcessio pp cõseruationẽ fructus terre: q hoc tẽpore ma/xime solẽt ledi dũ sunt ĩ herba pp eruginẽ et nebulã et tempestatem: Ioel. p̃mo cap. Residuũ eruge comedit brucus: et residuũ bruci comedit locusta. Et ĩ eodẽ cap. Ad te domine clamabo qa ignis comedit speciosa deserti: et flãma succendit oĩa ligna regionis. Oramus ergo ut deus cõseruet fructus terre a tempestate. Rogemus ergo deũ nostrũ ut dicit Ioel secũdo cap. Letamini in domino deo uestro: qa dedit uobis doctorẽ iustitie. i. dominũ nostrũ iesum Christum: et descendere faciet ad nos imbrem matutinũ et serotinũ sicut a pricipio: et replebunt᷑ aree frumẽto: et redũdabũt torcularia uino et oleo. Nõ ualet cãpos seminasse. et uineas laborasse; nisi deus ab ipedimẽtis cõseruet uirtute sua: semi

na producat in fructus. Quia nisi deus operaretur in his que sunt nature: frustra esset nature opatio: ut dicit Aug. noster i libro sup Gene. ad litterã. Tertio fiũt processiões propter discordias hominũ: quoniã isto tẽpore cõsueuerũt cõmoueri exercitus: qa tunc ieniunt agros plenos: et ma gis dãnificant hoies: quod est contra preceptũ domini. De utero. xx. cap. Non succides arbores fructificantes de qui bus uesci possunt. Sic rogamus deum ut mitiget corda ho minũ uolentiũ nocere: et mittat angelũ suũ ut nos defẽdat et ab huiusmodi ipedimentis liberet: ut dicit Ysa. xxxvii. cap. Hec dicit dominus. Protegã ciuitatem istã ut saluem eam pp me et propter dauid seruũ meũ. Et egressus est an gelus domini: et pcussit i castris assyriorũ. Et sic isto tẽpo re angelos deprecamur et sãctos: ut ipsis itercedentibus a domino ipetremus que fideliter postulamus. Rogemus er go deum: ut hic gratiam et i futuro gloriã consequamur i secula seculorum. Amen.

In Secunda die Rogationum
SERMO XXVI.

O Rate pro inuicem ut saluemini. Iacobi. v. cap. Ro gationes que fiunt isto tempore sãcti Marci dicunt letanie maiores ad differẽtiã minorũ: que fiũt ante ascẽsio nem. Et dicunt maiores pp auctoritatẽ instituẽtis. s. sãcti Gregorii pape q fuit harũ institutor: et pp auctoritatẽ loci. s. Rome: ubi eas prius decretũ est celebrari. Romani tem pore pascali nõ cõseruãtes cũ deuotione comunionẽ recep tam. Sed cõmessationibus: ludis: et luxurie uacabãt. Et li cet i quadragesima beneuixerint: uidebat eis q terminus resurrectionis posuisset etiã terminũ continẽtie. Dũ ergo taliter uiuerẽt: misit dũs eis pestẽ maximã: ut eos puniret Et eo tẽpore fluuius tiberis ita creuit: ut multos serpentes pduceret usq ad mare. Et ad terrã deiecti postea aerẽ infi ciebãt usq Romã. De qua ifectiõe hoies moriebant subi to i mẽsis i colloquiis et i ludis. Tũc temporis istitutus est papa Gregorius q statim istituit ut uniuersus populus hac die ieiunaret: et ad ecclesiã beati Petri pcessiõem faceret. Vbi prostratus cũ multitudine ad orationẽ ante gradus ec clesie cũ surrexisset: uidit supra castrũ sãcti angeli angelũ q gladiũ cruentũ reponebat i uagina. Et itellexit q pestis

Gregorii pp instituit pcessio s. marci pp pt[illegible] stem qui fuit rom

illa cessaret. Tandé simul pstratis ad orationem. lxxx. mor
tui iuenti sunt. Et deiceps uocatum est castrũ angeli: quod
prius dicebat castrũ Crescétii. Et uocatur hec pcessio cru/
ces nigre: qa uestes nigre et penitentiales idui debét. Et di
cũt nigre pp morté hominũ designãdã. Vt aũt a similibus
flagellis liberemur: qbus digni sumus pp peccata nostra
flagellari: oramus ad deum per sanctorum et sanctarũ me/
rita: ut ipsis intercedétibus deum excitemus ut nos audiat
Ideo incipimus. Christe audi nos. Et teneatis pro firmo:
q̄ si deuote incedimus rogando Deum et sanctos: tantum
est quantum si pulsaretis ad hostium paradisi orãdo deuo/
te: et sãctus Petrus respódit uni ex uobis dicens. Quis es
tu? nolo tibi apire. Si iterũ oras. iterum pulsas. Túc deus
dicit Petro: Quis est ille? Respódit Petrus: Est unus pec/
cator: uult gratiam tuam: sed non meret: quia est i peccato
mortali. Si tamen peccator iterũ benefacit orando ad deũ:
et sãctos interponédo: deus dicit. Oportet sibi pp quãdam
iportunitatem aperire p quãdam congruitatem: quia con/
gruum est ut qui benefacit sibi aliquid retribuatur: non ãt
de condigno. Vnde habet Luce. xi. cap. Quis uestrum ha
bebit amicũ: et ibit ad illũ media nocte dicés. Amice acco
moda mihi tres panes: quoniam amicus meus uenit ad me
de uia: et nõ hẽo quod poná ante illũ. Et ille deintus dicat:
noli mihi molestus esse: iam hostium clausum est: et pueri
mei mecum sunt in cubili. non possum surgere et dare tibi
Et si perseuerauerit pulsans: dico uobis et si non dabit eo
q̄ amicus eius sit: propter importunitatem eius surget: et
dabit sibi quotquot habet necessarios. Hic habés amicum
peccator é: cuius amicus é deus: ad qué uadit media nocte
. i. adhuc manens i tenebris peccatorũ dicens: Accomoda
mihi tres panes. i. da mihi gratiã gratũ faciété que habet fi
de: spe: charitate. Amicus ueniens de uia é affectus bonus:
seu desideriũ eterne salutis. Venit de uia. i. postulat saluari
dum est in uia: nec habet quod ponat ante amicũ suum. s.
quod sit dignũ gratia dei. Et deus deintus respondés dicat.
Noli mihi molestus esse: iam hostiũ idest paradisum clau/
sum est existentibus in peccato mortali. Pueri mei idest in
geli et beati mecum sunt i cubili: hoc est in gloria paradisi
non possum surgere. s. ex mea potétia ordinaria: et dare ti/

Luc xi cap. Quis uestrum habebit amicũ et ibit ad illũ

bi. Et nota ꝙ hoc non posse ĩportat difficultatē propter malam dispositionem petentis: non autem simpliciter impossibilitatem. Et iste peccator si perseuerauerit pulsans. s. orationibus deuotis et operibus bonis. Dico uobis si non dabit surgens eo ꝙ amicus eius sit. i. propter creationem et redemptionem: propter importunitatem tamē eius surget per misericordiam: et dabit ei quotquot habet necessarios. i. gratiam uere conuersionis et gratificationis. Sequit͂ ergo. Et ego dico uobis: petite. s. gratiam dei ꝑ deuotas orationes: et dabitur uobis. Querite eandem gratiam per feruentem affectionem: et iuenietis. Pulsate. s. per bonas oꝑationes: et aperietur uobis regnum gratie: et in fine glorie quam nobis concedat qui est benedictus in secula. Amē.

In tertia die Rogationum

SERMO XXVII.

O Rate ꝑ inuicē ut saluemini. Iacobi. v. cap. et in epistola hodierna. Tanta est diuina clemētia erga humanam generationē dilectissimi i Christo Iesu: ut omnes ad eum recurrentes gratanter recipiat. Hoc refugiū deus clementissimus pro consolatione oium hominū cuiuscūꝙ conditionis existant reseruauit: ut ad ipsum orando recurrant cum firma fiducia exauditionis: quia dicitur Ioelis. iii cap. Omnis ꝗ inuocauerit nomē domini saluus erit. Propterea ordinati sunt isti dies ad deū rogandum: ideo dicunt͂ dies rogationū: et legitur ista epistola: ubi multum cōmendatur oratio: de qua tria breuiter uidenda sunt

Primo declaratio.

Secundo obligatio.

Tertio postulatio.

Quantū ad primū sic diffinitur oratio a Damasceno. Oratio est petitio decentiū a deo. In quantū oportet nos petere cognoscimus ꝗa a nobis nihil habemus: quia nō petimus nisi ea ꝗ non habemus. Et sic cognoscimus nostrā insufficientiā. Et sic debemus esse humiles quādo petimus: quia humilitas i oibus opibus est: sicut zucharū in dapibus. Et tantū placet deo ꝙ ꝑꝑ illā sēp exaudit. Psal. Respexit orationē hūiliū: et nō spreuit preces eorū. Ecc. xv. Oratio humilis sepe celū penetrat. Et ꝗa ꝑꝑ nostrā humilitatē cognoscimus nos indignos: oramus ut per merita Iesu Christi

